



9411

a

ASSERTIONES  
EX  
UNIVERSA  
PHILOSOPHIA  
QUAS SUB  
PATERNIS AUSPICIIS  
PERILLUSTRIS DOMINI  
LUCÆ  
PLACSINTÁR

In

Liberal Regiáque Civitate Szomos.

Ujvariensi

SENATORIS

propugnandas suscepit.



IN ALMA REGIOQUE PRINCIPALI  
ACADEMIA CLAUDIOPOLITANA

Perillustris, ac Eruditus Dominus  
DEODATUS PLACSINTÁR.

EX PRÆLECTIONIBUS

R.P. STEPHANI BIRÓ

AA. LL. & Philosophiæ Doctoris,  
ejusdémque

PROFESSORIS EMERITI.

M. DCG. LX.

3425

Inv. 482

PERILLUSTRIS  
DOMINE  
NATURA  
MIHI PARENTS, MUNIFICENTIA,  
MOECENAS!



*Arbor, haud alias unquam est ornatior, quam ubi induita foliis, post flores, vere deciduos, lætissimos fructus ostentat. Parentes quorum fructus sunt filii, nunquam majorem animo capiunt voluptatem, quam quando vident se aluisse filios bonis artibus æque; æquè virtutibus commendatos. Neque istud injuria.*

*Nam*

Nam uti filius improbus mæsticia  
afficit ; ita filius sapiens lætificat  
Patrem , teste in scriptura sapiente.  
Tu Parens optime , atque dulcissime ,  
ut de me solatum aliquando , orna-  
mentumque caperes ; mandasti me  
disciplinis , & jam inde à pauxillo  
sumptibus aluisti : Dedi id ego quo-  
que operam , dicto ut tibi in omnibus  
obediens essem ; & idcirco addixi me  
in studium sapientiæ , & decurri curri-  
culum eidem destinatum . Exibat jam  
prope tempus Philosophiæ , cum de  
te flagitarem , ut faceres mihi copiam  
ex umbra in solem , ex pulvere in  
arenam sapientiæ prodeundi ; annuisti  
tu ex templo , atque ut me voti dam-  
nares ,

*nares, sumptus in eam rem suppeditasti; Parens profecto mei studiosissimus, vix eos in numero parentum censens, qui ut petulantibus vegetentur equis, impendio nulli parcunt, ut vero petulantiam, ignorantiamque redimant Filiorum, assent, ne unum quidem, expensum volunt: Rudes sanè, in tanta populorum luce, animæ, & campis potius, sylvisque, quam saluti Civium, filiorumque natæ. Quocirca dum vitam tibi Genitor suavissime, educationem, bonasque artes acceptas fero; sanctè in me recipio, curaturum me id deinceps diligenter, ut quivis intelligat, quod sim.*

Piissimus in te Filius  
DEODATUS PLACSINTAR.

# ASSERTIONES EX UNIVERSA PHILOSOPHIA.

## I.

**A**nima hominis est substantia incorporea, regendo corpori accommodata ; II. Naturā suā immortalis , III. Residens in parte cerebri callosa. IV. Vis ejus præcipua mens ; ad quam pertinent rerum insensibilium , & Spiritualium intelligentiæ. V. Anima dum corpori immittere manet , ab idea materiali , in communi sensorio efficta , determinatur ad notionem rerum sensibilium. VI. Scitum hoc : nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu universaliter falsum est. VII. Animæ variæ sunt ideae : simplex , quæ est perceptio objecti indivisibilis ; VIII. Atque hæc idea falsa nunquam esse potest ; IX. Composita , quæ vera item , ac falsa esse potest , X. Innata , qualem DEI , ut Authoris naturæ , insitam omnes habemus. XI. Neque enim cognitio sola abstractiva , perinde , ac à non nullis accipitur , est sufficienter , ad DEI notitiam proportionata. XII. Mens hæc dum duas ideas componit affirmando , vel dis-

disjungit negando , judicium exercet. XIII.  
Judicium autem non est actus voluntatis , ut  
volunt Chartesiani , sed mentis. XIV. Ex  
connexione duarum , idearum , cum tertia ,  
dum connexionem mens colligit , aut contra ,  
ratiocinatur. XV. Nec judicii , nec ra-  
tiocinii brutorum anima capax est : quoniam  
est spiritus quidam humano multò imperfe-  
ctior , solius perceptionis simplicis capax.  
XVI. Veri tesserae , in triplici evidentia  
Leibnitii collocamus ; intellectus nimirum ,  
sensus , & authoritatis. XVII. In uni-  
versum existere corpora sensibilia , non est  
Metaphysicè certum. Quin , XVIII. Etiam  
natura Metaphysica corporum ignota est ;  
XIX. Quorum principia interna , sunt ma-  
teria , & forma. XX. Materia prima Phy-  
sice accepta sunt moleculæ exiguae homogeneæ ,  
diversæ magnitudinis , figuræ , impenetrabili-  
ter extensæ : XXI Forma ex combi-  
natione partium , plexu temperamento , situ ,  
motuque , resultat. XXII. Corporum  
principia sensibilia primaria sunt : Mercurius ,  
fulphur , sal , phlegma terra damnata , seu  
caput mortuum ; XXIII. Secundaria ve-  
rò æther , aér , aqua , terra. XXIV. Æ-  
therem existere satis certum. XXV. Qui  
est probabiliter ignis elementaris orbe univer-  
so diffusus , XXVI. Hic permixtus par-  
ticulis sulphureo-acidis constituit probabiliter  
vim electricam : Atque insuper. XXVII.  
Cum particulas sulphureas , nitrosas , salinas .  
que motu vibratorio exagitat , ignem vulga-  
rem

rem , & calorem excitat , XXVIII.. Qui  
situs est in motu perturbato partium corporis  
seorsim insensibilium. Præterea XXIX.  
Cum corpora , nec sint ab intrinseco inertia;  
XXX. Nec ab intrinseco gravia , gravita-  
tem suam nanciscuntur a motu oscillatorio  
ætheris. XXXI. Cohæsio vero corporum,  
dum ea componuntur potissimum a contactu,  
implexione , partium , & jugi ætheris pressio-  
ne habetur. Utimur æthere. XXXII. Ad  
lucem , etiam , & lumen explicandum. Lux  
consistit , in motu concitato , & rapido cor-  
poris a centro peripheriam versus alterno ;  
XXXIII. Lumen vero in tremulo motu æ-  
theris. XXXIV. Color autem objectivus  
repetitur a certa magnitudine , figura , situ ,  
& textura molecularum corporis pororumque  
dispositione ex iis emergente, XXXV. For-  
malis , in varia radiorum mirè temperabili-  
um , magisque vel minus spissorum , copioso-  
rumque ab objecto reflexione in retinam facta.  
XXXVI. Aër est corpus subtile , elasticum ,  
grave , ab evaporationibus , & exhalationi-  
bus distinctum , per cuius XXXVII. Æqui-  
librium , suspensio mercurii in tubis Toricelli  
optime explicatur. XXXVIII. Fluida ho-  
mogenea æquibrant , dum ad libellam veniunt  
in tubis communicantibus : XXXIX. Nam in  
tubis capillaribus fluidum affurgit supra libel-  
lam , in ratione inversa diametrorum & reci-  
proca altitudinis , & diametri. XL. Cujus  
phænomeni mirabilis , in experimentis regu-  
laribus , causa est æther vorcicosus , & adhæ-  
sio

sio liquidi ad vitri latera; in irregularibus autem æquilibrium gravitatis fluidi, cum viribus, ad ejus sustentationem, & ascensum concurrentibus. XLI. Mundus est compages, ex cœlo, terraque coagmentata, iisque naturis, quæ his continentur. XLII. Sistema mundi Copernicanum permodum hypotesis sustineri potest. XLIII. Sol est potissimum igneus. XLIV. Ejus maculæ sunt exhalationes, ab ipso erumpentes: Ecclipsis est ejusdem, per lunarem discum occultatio. XLV. Luna cum aliis planetis est corpus opacum, Ejus maculæ perennes sunt partes Lunæ planiores, ad reflectendum lumen minus idoneæ. Cum autem XLVI. Probabile sit., dari in Luna montes, valles, projectas umbras montium lunarium, maculas ejus variabiles esse affirmamus. XLVII. Lunam, cum cæteris planetis habere suos incolas perinde potest negari, quam affirmari. XLVIII. Luna non est formalis causa æstuum marinorum, sed æstus illi habeatur ab ingurgitatione ad inferas voragini, & inde facta regurgitatione. XLIX. Plantæ oriuntur ex semine suæ spetiei; L. Animalia vero ex oris fæcundatis.

O. A. M. D. G.





BALTH. GRACIANI  
DE  
PRUDENTIA CIVILI  
MAXIMÆ CCC.

---

I. *Vir prudens* (1) *in summo perfectionis gradu jam est constitutus.*

**D**unius prudentis personam plura (2) ætas nostra, quam præterita ad septem requirit; maioremque vigorem hoc tempore cum uno (3) homine, quam olim populo cum universo agendi.

II.

(1) *Talis est Politicus hodiernus*, omnes viri prudentis numeros implens; quippe duæ res prudentis personam constituunt, habitus prudentiæ, qui illi inest, max. 2. seq. ex eoque habitu actiones institutæ. max. 118. seqq.

(2) *Cur major sit VII. sapientibus*, causam addit Balthasar, qmæ prudentiæ, & actionum gloria; hi ab illo superantur. At inter illos est Autor, qui veteres vellicarunt, de quibus *Piccart. Obs. Histor. Pol. Dec. 18. c. 10.* & modestiam fugit, qua veteribus magnos ætatis sua viros quidam posthabent. *Bernegg. quæst. Misc. 168.* ubi causas tradit.

(3) Male Richelium, aut Mazarinum veteribus præfert, qui mores corruptæ ætatis sunt imitati. *Gracianus.* Qui rationem in fraudes, & malitiam verterunt, non

## II. *Homo in summo (1) perfectionis gradu.*

**H**omo non nascitur *perfectus*, sed paucum latim mores suos in officio constitutus tamdiu *perficit*, donec ad perfectionis gradum tandem perveniat. *Perfectus* autem (2) homo ex quinque signis noscitur; nempe *Mentis subtilis*; *Discretionis*; *Judicii solidi*; *Voluntatis docilis*; & *Circumspectionis* tam in rebus, quam in actione-

prudentes, sed *callidi temporum* dicuntur. IV. A. 55. 2. inde cum populo veteri negotiorum difficultius fuit, quod maiorem virtutem, & soleritatem agendi requisivit. Olim virum bonum a prudente non distinguebant. Cic. III. Off. 15. Et quoties Richelius contra honestatem utilia non amplexus fuit? Athenienses solitus Aristidis consilio tanta in honestam tanquam non utilem repudiaverunt. III. Off. 11. Obmutescens ad veterum probitatem, dexteritatemque agendi, & fidem, Christiani ministri, his autem in veteres certamen ex honesto maneat, III. A. 55. 5. non vero ex specie, aut umbra rerum.

(1) Quidam homo talis est, si perfectus, non naturæ solum gratia, sed studio, quod cum ad perfectionis gradum deducit. Ad hunc ut perveniat, *mentis cura*, max. 6. & seqq. & *morum* est necessaria max. 8. 15. & seqq. quos simul in officio sive vita publica homo perficit. max. 49. & seqq.

(2) *Macrobius* VI. partes facit Prudentiam; rationem, intellectum, circumspectionem, providentiam, docilitatem, & cautionem. lib. 1. in Som. Scip. c. 2. *Aristoteles* III. partes; consilium, intelligentiam & æquitatem. VI. Nic. c. 9. Cujus sensum bene Paraphrastes explicat Andr. Rhod. lib. VI. c. 12.

actionibus. Quidam nunquam (3) ad gradum illum perveniunt; semper enim eis, nescio quid, deest; alii vero non, nisi tarde, eundem actingunt.

*III. (1) In quo desinitur, (2) ab eo vitam non incipere.*

Quidam rerum suarum initio otium prendunt, & laborem in ultima differunt. Ubi tempus fert, sequi accessionem, rem vero principalem antecedere convenit. Alii (3) ante prælium triumphum volunt; quidam a scientia (4) rerum minimæ utilitatis incipiunt; alii

A 2 CON-

(3) III. hominum genera tradit; quidam ad culmen Prudentiae satis cito; quidam tarde; quidam nunquam perveniunt.

(1) Sequuntur III. regulæ rerum fundamento jaciendo præmissæ; & de initio rerum capiendo, max. 3. de moderatione animi, & patientia, max. 4. de partitione vita, max. 5. agit.

(2) Nempe in otio, in quo post laborem desinitur, non vero post otium in labore.

(3) Late patet hæc regula, in civili & militari vita locum habens. De hac *Agricola ad Romanos*: Britanniam vicistis tot præliis, seu fortitudine adversus hostes, seu patientia & labore pene adversus ipsam rerum Naturam opus fuit. Aggr. c. 33. n. 4 Duces, qui præpostere victoriæ ante prælium voluerunt, sepe magna clade sunt multati. Piccart. Obs. Pol. Dec. X. c. 6.

(4) In studiis quædam, quæ posteriora, non anteponuntur; inutiliores, & viliores disciplinæ utilioribus, & dignioribus haud præferuntur. Ita *Helvidius ingenium illustrè altioribus studiis statim juvenis dedit. IV. H. 5. 3.*

contra digniorum , & utiliorum rerum studia in vitæ fugientis tempora differunt. Quidam fortunam fabricatam importune nimis linquunt. Ergo hæc regula ad sciendum valde est necessaria, & ad vivendum.

#### *IV. Vitam (1) tumultuariam fugere.*

Tempus suum scienter partiri , est vita sua uti, frui. Multis satis temporis superest ad vivendum , quibus non restat tamen , unde contenti vivant. Quibus enim non fruuntur oblectationibus , eas perdunt ; & in vivendo longius progressi , si liceret , libenter regredi vellent. Sunt (2) hi vitæ cursores , qui cum temporis cursu præcipitato velocem animi sui impetum conjungunt. Deglutirent quidem die uno , omni quod vita vix digerunt ; vacantesque voluptatibus , tanquam prægustaturi eas , devorant annos futuros , & festinanter omnia agen-

(1) *Regula II.* sive vitam indivisam , quæ verum homini usumfructum eripit. *Est enim deploranda* , quia neglectum sui , doloribus pensat ; recordatio temporis prateriti memorem inquietat , & denegato vitæ regresu pœnitentiam frustra accersit.

(2) *Volubilitas animi corrigi debet* , quia noxia iis , qui vitam velut currendo transeunt. Intemperie animi sui , & cupiditatibus tumidis incitati peccant ; immodico sciendi fervore , temporis prodigi , nimium festinantes.

agentes, brevi tempore omnia egerunt. Imperfectè, (3) ut ne res sciamus, ipsum est sibi desiderium moderandum; plures sunt dies, quam prospere; festinandumque est agere, ut (actis) justo tempore fruaris. Pluris actæ, quam agendæ res valent; & mens tranquilla, duransque desinenti prævalet.

### V. Vitam (1) prudenter partiri.

**N**on opportunitate occasionum, sed providentia, & dispensatione. Remissionis expers vita est laboriosa, viæque longæ instar, diversoriis carentis; vitam bene ordinata varietas fortunat. (2) Primum (3) vitæ tempus sermonibus cum

A 3 mor-

(3) Moderatio animi queratur, quæ studiis ordinandis est necessaria. Illa autem tempus plenum studiis tribuit, modum in studiis tenet, fructus laboris acti exspectat.

(1) Regula est III. neque negligi debet, quia vitam humana fortunat: Prudentes eam non fortuito ex temporis occasionibus, sed ita partiuntur, ut varietate ordinetur, & labores remissionum vicibus recreentur.

(2) Quot sunt vitæ stationes, totidem sunt pensa, & totidem partes ordinem vitæ sequentes. De penso scientiæ agit max. 9. & seqq. de morum & sensuum perfectione max. 5. & seqq. de vitæ publicæ officiis, & virtutibus max. 49. & seqq. de vitæ fine, sive præparatione ad mortem, max. 289. & seqq.

(3) Pensum scientiæ est primum, ad finem hominis pertinet: Natus enim homo, ut sciat, Notitia illa vel sui ipsius

mortuis absolvitur. Nascimur enim, ut sciamus, & nosmet ipsos norimus; & hoc ipsum ex libris petimus, atque inde homines perfecti evadimus. Altera  
 (4) Vitæ statio viventibus est destinanda; quippe videndæ sunt in Orbe res optimæ, commentariique iisdem de rebus conficiendi. In uno loco non omnia reperiuntur, & Parens Universitatis dona sua distribuit, interdumque eum

ipsius max. 20. & seqq. vel aliorum max. 23. seqq. Utraque ex libris petitur, qui ad exemplum viventium nos instruunt. Cicero primum locum facit, qui in veri cognitione consistit, & maxime naturam humanam attingit. 1. Offic. c. 5.

(4) Alterum est experientia, quia scientiam hominiscepit. Mores conversatione & sensus formantur, visu, & auditu viventium personarum, & in Orbe optimarum observatione rerum, alias in aliis Mundi locis; commentariis de utriusque conficiendis. Prudentiae enim II. sunt parentes: Usus & Memoria. Ille est notitia rerum humanarum ex visu, vel tractatu; Haec ex auditu, vel lectu. Lips. I. Pol. 8. 2.

Prudenter Romani, quod cum primo vitæ penso secundum conjunxerunt. Ciceronis filius Athenis, ubi Cratippum audiret; ita autoritas & urbis, & doctoris ei proderat, & alter juvenem scientia, altera vero exemplis augebat. Off. proœm. Utraque male separantur, quia conjuncta personam prudentis constituunt. At felices homines, qui scientiam experientia firmant: Bene enim Tacitus: Pauci prudentia honesta a deterioribus, utilia a noxiis discernant; plures aliorum eventis docentur. W. A. 33. Inter veteres a viris maximis commendatur coniunctionis utrarumque gloria. Brutus lib. de Orat. c. 3. n. 3. 4.

eum juvit donorum suorum copiam loco plane miserabili impertiri. *Tertium*  
 (5) *Vitæ pensum omne nobis reservatur.* In (6) philosophando [vero] vitæ consistit *ultima felicitas.*

## *VI. Mens (1) bona, & bona indoles.*

**S**unt (2) hæ *Poli* duo, quibus *hominis existimatio innititur.* Semibeatus est

A 4 alte-

(5) *Tertium est vitæ publicæ*, quod perfectionem hominis sequitur; Prudenti vita propria, quam reip. vivit; quam consilio, & re merito adjuvat.

(6) *Quartum est vitæ private*, quod ætatis humanæ vigorem excipit. Ultima ætatis hæc est felicitas, ut sapienti animo senex mortem meditetur. Philosophia autem mortis est meditatio. Bene Cicero hoc meditatum, inquit, debet esse ab adolescentia, mortem ut negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. *Car. Maj. c. 20.* Meditatio talis esto, ut vivendi finem optimum credamus, eum integra mente, cæterisque sensibus, opus suum eadem, quæ coagmentavit, Natura dissolvit: *Ut uavem, ut adficiem idem destruit facillimè, qui construxit; sic hominem eadem optime, quæ conglutinavit, natura dissolvit.* *Cic. ibid.*

(1) Inter III. homini ad perfectionem sui necessaria primum est *bona natura*; reliqua enī antecedit; & comprehendit duas facultates, (quæ ei insunt diversis effectibus notæ); Bonam *mentem*, & bonam *indolem*, quorum illa potest intelligere adolescentis, quæ intelligi debent, & appetere, quæ appeti; utræque autem sunt ad felicitatem necessariae, quia sunt axes dñi, quibus hominis dignitas innititur.

(2) *Fortunatus est adolescentis*, quisquis a natura bene constitutum animum habet. Nempe plenum, & integrum. Qualis in *Agricola* olim; quippe bona & integra Natura. *Agr. c. 4. n. 4.* sunt enim, qui non fortunati, aut semi-beati, qui mancuui a natura, & imperfectum animum habent;

alterutra instructus ; neque enim sola *Intellectus* bonitas sufficit, sed *voluntatis* etiam bona constitutio requiritur. (3) *Inepti* sunt homines, quibus usu venit in electione (4) *vita generis*, *amicorumque*, & *domicilii* sui infeliciter labi.

## VII. *Natura* (1) & *Ars* ; *Materia*, & *Artifex*.

**N**ulla sine (2) cura est *Venustas*, neque *Virtus* ulla, quæ barbariei non accedat, nisi manum ei *Ars* admoveat. *Ars malignitatem naturalem corrigit*, bo-

nibent; quibus unam tantum partem *Natura* tribuit, alteram vero denegavit. Quales homines *Autor ineptos* nominat. *Cardan. in Arc. Prud. Civ. c. 12.*

(3) In primis tales sunt, qui in electione eorum, qui vitam civilem fortunant, graviter errant. Deest illis bonitas mentis, & sanitas sensuum, sicut ex max. 243. colligitur; Inde conveniens sibi *vita genus* non eligunt, neque *amicos optimos*, neque *domicilium* rebus suis utilissimum, in quibus omnibus bona *Natura* dotati non labuntur.

(4) Quibus ex signis de bonæ naturæ statu in homine possit judicari, docet *Saaved. in Princ. Chr. & Polit. Symb. 1.*

(1) *Non separandæ*, quæ utræque utilitate maxima conjunguntur; Ex materia enim rudi manus artificis *Mercurium*, ex natura hominis inulta prudentia edacentis verum hominem fingit.

(2) *Ars fingendi hominem non negligitur*, tanquam Naturam hominis perficiens. In optimo enim, antequam eruidas, virtutis *materia*, non virtus est. *Sen. ep. 90.*

nitatem vero perficit. Optimum (3) nobis natura reservat communiter, ad artem ut recurramus; sine arte optimum naturale incultum, & quantacunque sint hominis dona, sine *cultura* tamen sunt dimidia; sine arte non scit eo modo homo, quo decet, sineque ea duræ sunt quælibet ejus *actiones*.

### VIII. Excolere (1) & Expolire.

**H**omo nascitur barbarus, & ex loco bestiarum sola se *cultura* eximit, majorque homo fit, idem quo excultior

A 5 exi-

(3) *Ars illa est optimum*, quod Natura homini reservat: quod refugium est, ad quod homo recurrit. Ars autem illa, sive *educatio* studiose est curanda, ut homini utilitatem debitam afferat: ejusque animam diuturna assuefactione tandem formet. Estque *triplex*: *mollis*, quam Indulgentiam Romani vocabant, quæ nervos & mentis & corporis in infante frangit. *Quint. Inst. Orat. XII. 4. severa*, quæ liberis ad Romanorum exemplum potest adhiberi, digna Germaniæ imitatione. *lib. de Orat. c. 28.* ubi etiam de corruptionis causis, & malis elegans judicium. *c. 28. & 29. media* inter utramque & temperata, cuius Exemplum in Neronis infelici educatione apud *Tacitum XII. An. 2. 1. 2.*

(1) *Conjungitur* utrumque, tanquam perfectioni hominis inserviens. Non ea sola est Parentum cura, ut liberorum intellectus, & appetitus literis, & assuefactionibus excolantur; Sed etiam ut sensus corundem conversationis elegancia expoliantur. *Seneca, minimum, inquit, esset beneficium patris, matrisque concubitus, nisi accederent alia, quæ prosequerentur hoc initium muneris, & aliis officiis ratum facerent. lib. III. c. 3.*

existit. Intuenti educationem Græcia videtur omnem Mundi reliquam partem jure barbaricam nominare potuisse. Quid ignorantia rudius? Quid *scientia* est elegantius? At hæc ipsa scientia rudis etiam, si artis est expers. Homini non sufficit (2) Intellectum habere illustratum; Voluntatem ejusdem ordinatam etiam; imo Conversationem ordinatiorem adhuc oportet esse. (3) Sunt solo Naturæ ductu eleganter, qui concipiunt, loquunturque; quorum corporis dona cortici, animi vero fructibus compares; Alii contra tam sunt rudes, ut omnes eorum actiones, amplaque quandoque a Natura quæ habent dona a rusticitate morum deformantur.

## IX.

(2). Bene Cicerο: *Virtus omnis fere III. in rebus vertitur*; in perspicientia veri; in cohibitione motuum, ut rationi obedient; in scientia moderate utendi, quibus cum congregamur. 1. Off. c. 5. Prima pars reddit hominem intelligentem, & prudentem; altera justum, & excelsum animi; tertia moderatum, ut in actionibus cœlibus verum decus, & ordinem seiat adhibere. 1. Off. c. 4. Hoc enim est decorum, quod eluet in vita, & movet approbationem eorum, quibuscum vivimus. 4. Off. c. 28.

(3) *Conversatio arte regitur*; homines enim diverse in ea se gerunt; alii bene, alii male. Huc spectat C. Piso, cui virtutes, & virtutum species, non vero gravitas morum erat. XV. A. 48. 2. 3.

IX. *Scire (1) & recta velle.*

**U**Traque conjunctim prosperitatis originem faciunt. Boni (2) intellectus cum maligna voluntate monstrosa est conjunctio. *Voluntas maligna* vitæ est humanæ venenum, perniciosiusque a scientia adjutum. *Infelix habilitas*, quæ male agendo occupatur. Scientia vero judicio vacua stultitia est duplicata. (3)

X.

(1) *Non separantur*, quæ conjuncta felicitatis humanæ originem faciunt. Scientia institutionis. Voluntas recta Educationis finis est; homo autem recta sciens, simulque recta volens fundamenti sui causas perpetnas habet. Utrosque fines *jungi oportet*, quoniam dissoluti illi perniciem magnam vitæ afferunt: Est enim mundi pernicies, qua alios bonos, alios prudentes putant. III. Off. c. 15.

*Tradendus est viri boni character*, quia ille rectam voluntatem habet. max. 206, 207. Ille enim non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. II. Off. c. 19.

(2) Partium naturæ copula duplex est, quemadmodum hic traditur; *fortunata*, qualis in Agricola fuit. Agr. c. 4. n. 4. quæ cum neque in Asia diviti, neque a Collega avaro corrumphi sivit; c. 6. n. 3. aut *monstrosa*, ubi mens prompta voluntati malignæ jungitur. Neroni non erat infra servos ingenium. XIII. A. 2. 4. At bonos mores turpis voluntas non admisit. Et huc spectant gentium barbaricarum turpes mores, quorum causas malignæ educationi assignat Chrysost. Orat. 20. de Germanorum predationibus Cæs. Bell. Gall. lib. VI. c. 23. de aliarum nationum latrocínio maritimo Justin. lib. XLIII. c. 3.

(3) Mens sine judicio, & voluntate in Claudio Cæsare fuit, in cuius animo nihil arduum, cui non judicium, non odium, nisi indita, & jussa. XII. A. 3. 4.

X. *Essentiam (1) rerum, & maturitatem nosse, iisdemque frui.*

**R**es naturæ semper ad perfectionis suæ gradum perveniunt, & dum ad eum perveniunt, crescunt interim, posteaque rursum, ubi ad eundem pervererunt, decrescunt. Res artis contra nunquam adeo sunt fere absolutæ, ut magis tales esse non possint. Evidem mentis est acris argumentum, rem quamque excellentem (2) discernere; attamen pauci talem, quiique possunt, non semper eam discernunt. Ad intellectus etiam fructus gradus (3) se maturitatis extendit, quem (4) nosse interest, fructum inde debitum habituri.

## XI.

(1) Hæ duæ res adolescenti debent esse curæ, ne negligens earum olim illi noxius fiat. Sicut enim Prudentiae est res nosse; neque tam artis, quam naturæ; ita has tuin novimus, ubi essentiam primum, & postea maturitatem earum perspectam habemus; fruendi autem eis occasionses tempus facile suppeditare solet.

(2) Non tantum, quæ talis, sed quæ talis etiam est futura. Seneca vinum id fieri bonum censebat, quod recens durum ut aspertum visum est. ep. 36.

(3) Maturitatis gradus in intellectu A. Gellius cum pomis comparat: quod in pomis, inquit, idem est in ingeniosis, quæ dura, & acerba nascuntur, post fiunt mitia, & jucunda; sed quæ gignuntur statim vieta, & mollia, atque in principio sunt uvida, non matura fiunt, sed putrida. N. A. XIII. 2.

(4) Præcoccia ingenia raro ad frugem pervenire docet Picc. Obs. Hist. Dec. XIV. c. 4.

## XI. *Ingenium suum natura, arteve renovare.*

**H**omo septimo quoque ætatis (1) suæ anno characterem dicitur mutare, & feliciter quidem, sensuum perfectioni ubi ea mutatio adhibetur. Annis septem prioribus homini *ratio* advenit. Et tum quidem laborare convenit, ut quaque mutatione nova ei virtus accedat. Observat naturalem hanc temporum *volutationem*, ut ei subveniat, in posterumque per gradus perfectionis ad summum ascendat. Hac re multi *mores* suos seu *conditionis*, sive *officii* mutarunt; eaque mutatio non fuit interdum nisi post excessum animadversa. Homo vigesimo anno erit *pavo*; trigesimo *leo*; quadragesimo *camelus*; quinquagesimo *serpens*; sexagesimo *canis*; septuagesimo *simia*; & octogesimo . . . . .

## XII.

(1) Prudenter agit, quisquis eo tempore *maturitate rerum fruictur*, quo Natura ipsi usumfructum quasi permittit: Variatione temporis observata, qua Natura hominem per vices immutat. Septimus enim quisque annus ætati signum imprimit. *Sen. de Benef. VII. 1.* Hic annus est, quo vel ratio, vel mores, vel sensus hominis variantur; cui mutationi hominis studium si accedit, ut Naturam ars adjuver, homini variatione tali omnino frui licebit. Hi sunt anni *climacterici*, non *ennearici*, sed *hebdomadici*, qui sunt volut scalarum gradus, seu articuli, per quorum singulos perrepens homo tandem ad virtutis culmen ascendit. *Freinsheim. Quest. misc. 214.*

*XII. Paulo plus (1) scientiae, & eo minus vitae.*

**A** Lii contra asserunt, otium honestum (2) pluris, quam multa negotia esse. Nihil nobis tam proprium, quam *tempus* est, quo vel domicilio carentes fruuntur. Tempus vitae pretiosum *laboribus mechanicis* & que male, atque magnorum *negotiorum tricis* impenditur. Quanquam nos neque negotiis, neque invidia onerari sinamus. Ita enim in turba viventes suffocamur. Hanc doctrinam nonnulli etiam ad scientiam extendunt. Non enim immerito nihil *scire* est non vivere.

*XIII. Homo (1) solidæ doctrinæ.*

**E**O major est homo, quo majori *doctrina* ornatur. Speciei externæ pretium

(1) *Vitâ meliōr est scientia;* & quam in mentem pascens, & conservans. Cicero seite, animi cultus, inquit, est humanitatis quasi quidam cibus. lib. V. de Fin. Fructus maximus hominis est *vita mentis*, non *corporis*; & prudens illam appetit, licet hujus inde vitam breviorem fore sentiat. *Scire* est vivere.

(2) *Quorundam contemplatio melior est nonnullorum actione,* quia rebus honestioribus vacat; tempore vitae melius fruitur; est quietior; est securior. Quare fortunati sunt, qui, remoti a studiis ambitionis, otium, & tranquillitate in vita sequuntur. Cic. pro Muræn.

(1) *Quidam talis est,* qui veram sibi scientiam acquisivit.

tium res *interna* duplicat. Sunt enim homines splendore extrinseco *domibus* similes quidam, non penitus exstructis, quia fundamento indigent; Introitus earum palatio, habitatio vero magalibus comparatur. Nihil in iis figi potest, quin omnia potius ibi *fixa* sunt; post primum enim Ave colloquium desinit. Post prima introitus verba, velut equi Siculi post prima tripudia, in silentium transeunt. Quippe verba facile mentis sterilitate rarescunt. Et his quidem nuda sibi specie similes alios facile est decipere; at prudentum, qui homines discernunt, fabulæ sunt, vacuitate eorum interna diligenter evulgata.

## XIV.

svit. Hujus laus a doctrina, quæ itidem, si *solida*, & *moderata* commendatur. De soliditate ex IV. rebus judicatur: quæ *animam hominis* imbuīt, & perficit: interna, magna, vera, non speciosa; quæ *solidum fundamentum* habet, ad exemplum domus ad regulas artis constructæ; quæ *profunda* est, & difficulter exhaūritur; a *prudentibus* quæ talis deprehenditur, & a vacuitate interna dignoscitur.

(2) *Institutione* quedam est bona, quæ talem doctrinam homini impertitur. Alia est *Principis*, de qua Lips. lib. I. Pol. c. 9. alia est *privati hominis*, quæ bene dirigitur, ubi formæ, & fini enjuslibet Reip. accommodatur. Ita Romani liberos suos secundum Reip. formam Senatus, & populi regimine mixtam Bæcl. comm. in l. A. I. ad *Studio Eloquentiæ*, & *Jurisprudentiæ* hortabantur. Cic. Off. Proœm. Quas literas alibi forenses, & senatorias vocat. II. Off. c. 1. Dispescabantur ea studia in

*XIV. Non nimis (1) subtilem esse.*

**P**Ræstat esse moderatum (2) Scire plura, opus quam est, aciem ingenii obtundit; plerumque enim subtilitas facilis est fractu. *Veritas* (autem) sapientum autoritate firmata securior existit. Expedit intelligentiam, non vero loquentiam habere. Ratiocinatio enim nimia altercationi appropinquat; cui judicium soli-

prima discentium elementa, quæ in cognitione IV. rerum consistebant. lib. de Orat. c. 34. n. 6. & in sublimiora, sive Philosophiae & Juris, quam juveni necessariam Cicero laudaverat. ibid. c. 32. n. 10. omnium artium complexum merito putatam. c. 31. n. 10. 11. Solidæ doctrinæ nobilem commendat Tacitus *Helvidium Priscum*. IV. A. 1. 2. Cui addi possunt, quæ in hunc sensum scite dicit Hippol. a Coll. in Consil. & Matth. Freinsb. Qu. Misc. 174.

(1) *Doctrina moderata subtili præfertur*, quia prærogativam prudentum assensu meretur. Balthasar autem putat, *subtilem effugi debere*, quia *noxia*, tanquam indolem hominis obtundens & atterens, imo rationis usum illi plane interdum adiunens, est *periculosa*, in primis in terris Catholicorum. Subtilitas enim Probabilitatis miseriis non contenta, ab intelligentia earum ad loquentiam transiens, inde ad altercationem configiens, & mensuram ab Ecclesia præscriptam super scandens, postquam ab Ecclesia secessit, hæreses sibi notam inurit, & tandem curiositate incendio luit. De M. Ant. de Dominis potest legi *Gram. Hist. Gall. lib. III. ad ann. 1617.*

(2) *Moderatio tamen talis est fugienda*, quia homini, & civi est perniciosa: nam rationem corruptit, & Majestati simulque fortunis privatorum oggannit. *Prof. Intr. de Pap. c. 12. §. 34.* Falsæ autem illius doctrinæ hypotheses quemadmodum judicium civile corruptant, finemque societatum evertant, docet eleganter *Bæcl. diss. Pol. II. n. 5.*

*solidum ultra mensuram non ratiocinans  
antefertur.* (3)

*XV. Initio (1) vita de se, negotiisque  
suis (2) modeste sentire.*

**O**Mnis generis homines, in primis que meriti exiguisimi, *sublimia spirant*. Quilibet sibi pulchram figurat fortunam, imaginationique suæ *prodigium* videtur. Temere eos spes ad agendum incitat, & experientia eos deinde nulla plane in re adjuvat. Res quidem detesta imaginationis illius vanitatem torquet. Tunc vero prudentis est *aberrationes* tales corrigere, & quamvis optima liceat desiderare, semper tamen pessima expectantur, ut, quæ contigerint, omnia patienter ferantur. Soleris est alius non nihil

(3)

(3) *Mibi doctrina probatur moderata, quæ sui tenet modum. Sapit homo, non multa, sed fructuosa sciens.* Lips. I. Pol. X. 14. Pitt. Obs. Hist. Dec. XVII. c. 2.

(1) Præceptum de *modestia sentiendi de se* inter morum elementa est primum, præmissum ab autore, tanquam adolescentiæ initio conveniens. Sant enim *quidam, qui aberrant, & falluntur, qui amore sui inflati, maiores de merito & fortuna sua, quam par est, spiritus gerant.* Qui sunt immodesti, & ut in posterum tantæ vanitatis de se conceptus non habeant, imaginatio eorum corrigi debet.

(2) Prima adolescenti commendatio proficiuntur a *modestia*, uti Cic. II. Off. 13. quæ in sensu moderato de personæ merito, in *actionibus*, merito personæ conformibus, suscipiendis consistit. Max. 15.

(3) visum tollere, eo melius ut feriat; at primus ictus ne deficiat, nimiam feriens altitudinem sibi non proponit. (4) Eundem in modum necesse est Imaginacionem corrigere, ne spiritus nimii experientia destituti *insaniam* injicient. Nullum est bona Mente remedium generalius omnes contra absurdas actiones: Quilibet autem solertiæ suæ, statusque *sphæram* cognoscat; hæc enim est initium sui ipsius opinionem ad rei veritatem dirigendi.

## XVI. *Imaginationem (I) suam moderari.*

**C**Orrigendo eam, moderandove homo veram ad vitæ felicitatem viam ingreditur, sempiternamque sibi Prudentiæ

(2)

(3) Agricolæ olim sublime & erectum ingenium, pulchritudinem, ac speciem excelsæ, magnæque gloriæ vehementius quam caute appetebat. *Agr. c. 4.* Eadem de Helvio Prisco *IV. Hist. 16. 1.* In maximis enim animis, & splendidissimis engeniis plerumque existunt honoris, potentiarum, & gloriæ cupiditates. *I. Off. c. 8.*

(4) *Bona mens est adhibenda*, ut ea sensus adolescentis temperet, simulque actiones ejus dirigat. Corrigit autem illa *Imaginationem*, quæ sensus nimios in vapore mentis excitat, & actiones absurdas gignit; Contra quam pestem Mens bona adolescenti *notitiam sui* præposuit, ex qua meritum elucescit, & hoc est norma sentiendi de nominis persona, & ejus valore.

(1) *Imaginationis moderatio diligenter est curanda,*  
quia

(2) opinionem parit. Quod moderamen si abest, Imaginatio *imperium* in nos rapit *Tyrannicum*, excedensque terminos contemplationis, tam duriter nobis dominatur, ut vitam nostram, aut felicem, aut infelicem reddat, pro specierum diversitate, in nobis quas figurat. Sunt enim, quibus illa tantum dolores repræsentat, quorum carnificem interdum eadem illis stultitiam constituit; Et contra sunt alii, quibus imaginatio, quasi in somnio delectare gestiens, *voluptates*, sublimitatesque proponit. (3) Tantæ sunt *Imaginationis* vires, ubi rationis ei *habenæ* desunt!

B 2

XVII.

quia illa est res, per quam vera homini ad felicitatem vitæ via patet. Quippe inde homo sibi sempiternam Prudentiæ opinionem circumdat, cui ad vitam reliquam maximum momentum inest; sicut contra *Imprudentiæ* nomen sibi servat, quisquis imaginationem non bene affectam a vanis conceptibus non purgat; imo *Insaniae*, ubi nimii imaginationem spiritus corrumpunt, & obſident.

(2) Prudentiæ opinio quam sit utilis ad honorem acquirendum, docet Max. 79.

(3) *Imprudentia* & *Stultitia* sunt duæ forores, ex una matre progenitæ: Ubi enim imaginatio excedit, regimen illa bonæ Menti excludit, & tum homini crudeliter dominatur, pro gradu figurarum, animo ita impressarum, ut aut corrigi queant, aut corrigi nequeant; quippe sunt, quæ timore concepti mali animum cruciant, & contra quæ figurentione falsi boni animo blandiuntur. De Stultitia agit Autor Max. 228. & seqq.

*XVII. Non (1) peccare , neque alios  
ad peccandum illicere.*

Sunt quidam nati (2) ad peccandum, & ad inducendum alios , contra decorum ut peccent. Semper sunt accincti ad ineptias committendas. Facile quidem cum aliis colliduntur , at infeliciter franguntur. Pluribus , quam centum rixis quotidie implicantur. Sicut indolis sunt adversantis, ita omnibus hominibus & omnibus in rebus contradicunt ; quumq; detorti sint judicii, omnia etiam improbant. Solis hisce Prudentiae antesignanis convenit nihil oportune agere , & omnia censere. O quanta sunt monstra in solo vasto Immodestiae ! (3)

*XVIII.*

(1) Præceptum alterum , post primum traditum , quod morum doctrina sibi in primis vindicat. Adolescens a peccando studeat immunis esse , ut tali vita sibi prudentiae laudes pariat ; haec enim eum sequuntur , tibi neque ipse peccat , neque alios ad peccandum inducit , sed integratis , & probitatis exemplar habetur.

(2) De Agricola scite III. causas allegat Tacitus quare ab aliis ad peccandum non fuerit inductus ; quia bona natura eum ab illecebris peccantium arcebat ; quia statim parvulus sedem , ac magistrorum studiorum Massiliam habuit ; quia ibi in loco Græca comitate , & parsimonia provinciali mixto educatus fuit. Agr. c. 4. n. 4.

(3) Sunt haec duo in Max. 17. fugienda , quia miseriam adolescentis indicant Naturæ corruptæ est , quisquis peccat , & alios ad peccandum inducit ; Stultitia enim est , enī nihil

**XVIII.** *Non (1) esse monstrum.*

**O**MNES ventosi, temerarii, obstinati, pertinaces, superbi, varii, adulatores, scurræ, rerum novarum nuntii, autores paradoxorum, sectarii, tandemque omnis generis homines effrenes, omnes illi, quotquot sunt *monstra* Immodestia. Omnis (2) animi deformitas qualiter corporis deformitate tanto est monstruosior, quanto illa plus prototypi sui pulchritudinem dehonestat. Attamen (3) quis tantum, generalemque adeo Excessum corriget? Ubi ratio (4) deficit, ibi regimen locum non invenit; Quofit: ut pro quæsita sui admiratione con-

B 3

tem-

nihil constat, cui nihil placet. *Sen. ep. 52.* Ubi judicium distortum, & indoles adversa, & sensus rudes, ibi Prudentia, aut bonæ menti nihil loci relinquitur.

(1) Tertium, quod sequitur, est de Vitiositate fugienda; quam viri prudentes plane horrent. Est illa monstrum Immodestia, & multiplex bellua, *Plato lib. IX. de LL.* Multis hainis prædicta, multas ansas, & plicaturas facit. *Plut. de Od. & Invid.*

(2) Bene Cicero: si deformitas corporis aliquid habet offensionis, quanta illa depravatio, & fœditas turpificati animi debet videri. *lib. 3. Offic.*

(3) Hæc vitiositas animam hominis dehonestans merito est horrenda; Est enim vitiorum hic excessus generalis, multiplex naturæ corruptæ partus, qui rationis regimen excludit, contra ejus judicium rei vanæ, & publice irrisæ, admirationem conatur affectare.

(4) Scire Cicero: omnes morbi, & perturbationes exasperatione rationis veniunt. *IV. Tusc. Qv. c. 14.*

temptum referant, materiamque præbeant publico risui, qui inconsulta ratione æstimationem venantur.

*XIX. Contra impetum agrestium, obstinorum, ventosorum, & omnis generis malorum hominum semper*

(1) *accinctum esse.*

**I**Ngens est horum omnium numerus, & Prudentiae est nunquam cum iis contendere. Prudens se quotidie in Mensis speculo intueatur, & videns (2) necessitudinem armandi se animositate, insultus stultiæ eo modo confessim frangat. Quam rem qui diligenter expendit, nunquam se periculo usitato exponet, cum stultis collidendi. Homo enim Prudentia munitus nunquam ab immodestia vincetur. Est vitæ civilis pericu-

losa

(1) Adolescentem quidem erecto, & vigilanti decet animo esse, ubi multorum malorum ei cumulus minatur. Vitirositas enim varia vicia, & innumerabiles facies habet. Sen. ep. 122. Cum iis frustra configitur; prudenter iis resistitur; obstare enim primum est Velle. Sen. Trag. Hipp. Act. 1.

(2) In cœtu monstrorum mala sunt multa, ubi multi sunt iniuncti existimationi nostræ frequenter insidiantes. Sunt ii velut scopuli, inter quos, qui incaute navigant, corum naves cum eis collisæ franguntur. Ubi vero cautio est rationis, ibi cum stultis facillima est collisio; Speculum mentis non ordinariam monstrat, qua configentes cum monstris nihilominus succubimus; sed extraordinariam cautionem, qua eis cedimus, latera quærimus, & negotia, periculaque callide & sôlerter declinamus.

losa navigatio, quippe plena *scopulis*, quibus Existimatio illiditur. Qua in re modus est securissimus petendi *latera*, regulasque calliditatis ab Ulysse discendi. Certe hac in re magnum præberet usum solers periculi declinatio; at nulla res melius effugit periculum, quam *Solertia*, via compendiaria hominis ex negotiis emergendi.

## XX. *Vitia* (1) *sibi grata nosse.*

**H**ominum perfectissimus semper habet quædam *vitia*, quorum aut maritus est, aut amator. Sunt ea *vitia* in *animo*, & quo major hic, eo majora etiam, & nobiliora sunt *vitia*; non quod vitiis præditus illa non cognoscat, sed eadem (2) quod amet. Amare, & quidem *vitia*, duo sunt mala; quippe *vitia* hæc virtutis maculæ existunt. Quantum offendunt

B 4

eos

(1) Præceptum IV. *de notitia sui amplectendum* est homini, præscribens, quo modo perfectior fieri possit. Non tam hic agitur *de notitia partium*. *de qua max. 28. & seqq.* autor; quam vitiorum, quæ vel perfectos affligunt. Quæ adolescens si scit, potest ea vincere, & reliquas virtutes absolvere.

(2) Bene *Plato*: Imprimis vitiositatis principia sunt voluptates & dolores. *de An. Mund.* Et consuminatur infelicitas, ubi turpia non solum *delectant*, sed etiam placent. *Sen. ep. 39.* Quæ consuetudo *delectationis* vitanda est; si enim gravis est, vitium alitur, *Sen. II. de Ira. c. 30.* & difficulter vincitur.

eos , qui vitant illa; tantum oblectant , iis qui afficiuntur. Inde enim pulchra nascitur occasio se ipsum vincendi, & reliquas virtutes perficiendi. Quilibet huc tendit , & quanquam admiratione digna sunt laudanda , nonnulli tamen insistunt (3) vitiis quibusdam , quæ , dici ut solet , totum hominem deformant .

## *XXI. Vitium sibi (1) dominans nosse.*

**Q**uilibet *vicio* laborat uno , quod dominanti cuiusque virtuti æquivalet ;

&amp;

(3) Quidam insistunt vitiis , quorum tamen sunt in aliis censores ; Nostinne hos , inquit *Plinius* , qui omnium libidinum servi , sic aliorum vitiis irascuntur , quasi invideant , & gravissime puniunt , quos maxime imitantur. *lib. VIII. ep. 21.*

(1) *Viciunt dominans adolescenti removendum ex anima* , quoniam illud impedimento est , quo minus ad finem propositum perveniat. *Vitium autem illud* , ad quod quis natura est *proclivis* , *amatum* adolescenti dominatur ; ne tamen dominando a felicitate eum retrahat , primum est noscendum illud , deinde vincendum , & denique funditus excindendum.

(2) *Dominans vitium primo quidem est noscendum* , quia est gravissimum , & periculosissimum. Quippe consuetudo illud produxit , & proclivitas naturalis illud consummavit , & animo adeo deinde incubat , ut ad male agendum illum impellat , & incendat. Hæc proclivitas in malis Ciceroni dicitur *ægrotatio & lapsio lib. IV. Tusc. Qu.* Quarum gravitas , seu a nobis , seu aliunde est noscenda , quippe notitia peccati est initium salutis. *Sen. ep. 28. & idem* ; difficulter , inquit , ad sanitatem pervenimus , quia nos *ægrotare* nescimus. *ep. 50.*

& si naturalis illi indoles (2) accedit,  
Tyrannico imperio homini dominatur.  
At contra illud post clarigationem bellum est inchoandum, suscipiendumque.  
(3) Cognitum enim vincetur, in primis que si servus vitii æque magnum, atque aliis videtur, illud judicat. Ut Rex sit quisque sui, (4) se ipsum debet intueri. Radice vitii iemel extracta, aliis in rebus facile ad finem pervenitur.

## XXII. In notitia (1) hominum non labi.

Erorum hic est pessimus, & usitatis simus. Præstat in pretio, quam  
B5 mer-

(3) Vitium idem est eradicandum, ob regimen injustum, quod in hominem habet. Illud enim regimen injuriā rapuit rationi, quam sibi inique subjecit; raptum etiam injuria exercet, instar Tyranni, in anima turbas, & tumultus excitantis. Hic autem Tyrannus quia innotuit, bellum ei indici, ille vinci, & funditus excindi debet. Ita regimen rationi restituitur, simulque sua animo serenitas, & felicitas.

(4) Bene Seneca: Cogita, inquit, quid sit præcipuum in rebus humanis; non ignota querere; sed omnia animo videre, & qua nulla victoria major est, *vitia domare.* lib. III. Qu. Nat. præf.

(1) In notitia hominum labi non decet, quippe ea in re error est pessimus. Notitia enim hominum sicut est honestissima, rationi hominis conveniens, cui soli interna hominum penetrare, & animos, mentesque eorum discernere datur; quæ ratiocinatio subtilis est Philosophia; ita enim necessaria, ut animum hominis, sicut libri, perficiat: In qua re error

merce circumveniri; nihilque est, ubi tam, quam in hac notitia oportet interna intueri. (2) Inter *rerum* notitiam, & *personarum* cognitionem hoc interest, ut subtilis hæc sit Philosophia, quæ *mentes*, *animosque* hominum discernit. (3) Homines enim æque est necessarium, atque *libros intelligere*.

## XXIII.

orror rarissimus deberet esse, quia turpissimus, & pessimus. At nullus eo frequentior est. Error vel hominum, vel ruin, vel pretii.

(2) *Duo sunt tenenda adolescenti*, velut scitu in Orbe necessaria, res, & homines. Bene enim quidam, prudens, inquit, est is, qui notitia rerum, & hominum, formavit, & firmavit judicium suum, ut facienda, & fugienda eligere possit; quod fit experientia, & primum propria, quæ paratur vel peregrinatione, vel conversatione cum prudentibus. *Iaros a Smirz. in Flor. Polit. de Consil. Qu. 6.*

(3) *Notitia hominum colligenda est ex iis rebus, ex quibus* eam ratio eruit. Subtilis enim hæc est Philosophia, hominem non ex externis, sed internis, nempe ex mente, & animo, noseens. Animi autem quam sint differentes, docet *Saav. Princ. Christ. Symb. 30.*



*XXIII. Aliorum (1) sensus (2) penetrare.*

**A**lias enim quos *lætitia*, eosdem dolore afficis. Quidam enim imperiti animorum; affligunt homines, qua in re eos volunt sibi devincire. Sunt actiones, quæ probantur uni, & offendunt alterum; sæpeque *officium* habitum *dannum* fuit. Pluris interdum fuit affligerem aliquem, quam oblectare. Cum munere gratiam speratam, placendi dono amissio, amittimus. Ignotis autem sensibus alienis qui satisfacies? Hæc enim res causa est, quod *vituperationem*, poena

(1) *Sensus hominum tum penetrantur*, ubi expositione rei declarandæ patent. *Peritia animi ex Max. 22. 23. 24.* collecta neinpe ex affectu prævalente, quem character, & examen ejus indicaverunt, sensus hominis non sunt ignoti, neque id, quod sensibus satisfacit. Pro diversitate enim animorum *alii aliis sunt sensus*, neque iisdem aut verbis, aut rebus, aut actionibus omnes aut lœtantur, aut dolent. Prudens autem sensus cuiusque hominis penetret, & noscat, ut quibus quemque modis aut delectare, aut affigere, iisdem etiam homines aut devincire sibi, aut alienare a se possit.

(2) *Bene Tacitus*: Finis Neronis varius motus animorum conciverat; *Patres læti usurpata statim libertate*; *priores equitum proximi gaudio patrum*; *pars populi integræ*, & magnis domibus annexa; *plebs sordida*, & deterrimi servorum incesti, & ruinorum avidi. *I. Hist. 4. 2.* *Bæcl. annot. Pol. ad h. l.*

pœna dignam, loco laudationis compo-  
nant, Quidam videntur homines elo-  
quentia oblectare, quorum tamen ani-  
mos loquentia trucidant. (3)

## XXIV. Uniuscujusque (1) imbecillita- tem invenire.

**V**oluntates hominum hæc ars quasi  
manu tenet, & homines ad finem  
propositum dicit. Majori solertia, quam  
contilio opus est ad eam rem, ut scias,  
qua via in cuiuslibet animum influas.

Nulla

(3) *Sensus non sunt obscuri*, quia ex affectu prævalente cognito pateant. Charaktere enim invento, & debite examinato, sensus hominis inveniuntur, quos quis deinde aut oblectare, aut offendere poterit. Sensus vero ipsi pro statu, & fortuna, qui characterem faciunt, & variant, simul variantur. Bene Cardanus: *Potentes delectantur laudibus, deliciis, pecunia, ultione; Divites & Nobiles gloria, & opibus; Pauperes, & ignobiles quæstum tanquam Deum colunt; Milites rapinis, ut Mercatores lucro gaudent; atque votum utrisque unum, male agendi; Naturæ & caupones durissimi, quoniam eorum arbitrio vivitur; ipsi vero humilis sortis.* Arc. Prud. Civ. c. 46. & 47.

(1) *Imbecillitas hominis est invenienda*, ut alienæ voluntatis ea adolescenti clavem tradat. In voluntate enim cuiuslibet hominis prævalet affectus quidam, ideo dominans qui dicitur, aut honorem, aut utilitatem, aut jucunditatem, velut idolum, colens, & appetens, inde tamen hominis imbecillitatem patefaciens, qua voluntates hominum prudens regere, hominesque simul ipsos ad finem ducere posse. Paucorum hominum affectus honorem; plurimi aut utilitatem, aut jucunditatem appetunt. Affectus autem prævalens ex notitia characteris, & ex ejusdem examine instituendo patet. Max. 23. 24.

Nulla est voluntas, cui non suus *affectus* dominetur; & pro diversitate animorum affectus hi differunt. Homines omnes *idoli* sunt cultores, (2) quidam bonorum; alii utilitatum; plurimi voluptatum sunt cultores. Igitur solertiæ est bene hæc idola nosse, ut eorundem idolorum adoratorum infirmitatem intelligas; hac enim re quasi voluntatis alienæ *clavem* tenemus. Interim ad primum animi motum ascendendum est; neque semper superior, (3) sed sæpius inferior ejus (4) pars movetur; prout numerus *sine regula* viventium major est in mundo numero eorum, qui secundum regulam vivunt. Primum quidem oportet verum hominis characterem nosse, & deinde ejus examini mentem accommodare, tandemque animi *affectum* valentissimum aggredi, victoriæ ut reportandæ certi simus.

## XXV.

(2) Prudenter Augustus militem donis, populum anno na, cunctos *cives* dulcedine otii pellexit; nobiles opibus, & honoribus, ut novis ex rebus aucti tuta, & præsentia, quam vetera, & periculosa vallent. *I. A. 2. 2. 3.*

(3) Viri magni honorum sunt cupidi; Tacito *Helvidius appètentior famæ videbatur*, ut sapientibus cupiditate plerumque novissima exuitur. *IV. Hist. 6. 1*

(4) De Vitellii ducibus *Tacitus*: minus avaritiæ in Cæcina, plus *ambitionis*; Valens ob lucra & *quæstus* infamis, coque alienæ etiam culpæ dissimulator. *II. Hist. 56. 3.*

*XXV. Exacte nosse eorum (1) characteres, cum quibus agendum.*

**C**Ausa cognita cito noscitur effectus; hunc primum ex causa, & deinde ex *impulsione* noscimus. (2) Melancholicus semper mala prædicit, & *Calumniator* vitia notat. Pessimum quodque eorum *imaginationi* repræsentatur; & sicut bonum præsens non vident, ita malum futurum prænuntiant. Homo ab affectibus præoccupatus alienum semper ab eo, quod res est, sermonem habet; affectus enim

(1) Non relinquit Autor, quæ ad *inventionem affectus dominantis*, & utraque valde necessaria putavit; notitiam characteris hominis, max. 25. examen ex eo charactere faciendum, max. 26. Character quidem sive temperamentum hominis est tanquam causa, quæ hominem impellit; impulsiones vero sunt affectus, quos ex causa antecedente noscimus.

(2) *Temperamentum hominis quadruplex videtur doctis*, quia totuplici modo natura pro positione cœli corpora temperat, & variat. *Tacitus de Britannis*: proximi Gallis & similes sunt, seu durante originis vi, seu procurentibus in diversa terris, *positio cœli corporibus habitum dedit*. *Agr. a. 11. n. 4.* Bene Bodinus: *Pituita vexantur*, qui sub utroque Polo sunt; & *atra bile*, qui sub Æquatore; & *sanguinea* ιυσταγμικæ qui post XV. a Polo tractum usque ad medium tenent; post XL. a Polo gradum sanguini, *flava bilis* copiosius miscetur, & qui propius ab Austro absunt, subvirides evadunt, propter flavæ, & atræ bilis copiam, quæ confusa simul & mixta eam colorum diversitatem faciunt, quo usque a solis ardoribus, & ab atra bile adusti penitus nigrescunt, *Bodin, de Republ. lib. V. c. 1.*

enim in eo, minime vero ratio loquitur; quilibet ex *præjudicio*, aut *indole sua*, neque ullus ex *veritate* loquitur. (3) Igitur falsam hanc speciem explicare, characteresq; animi ejus exprimere disce. Hominē semper *ridentem* scito esse sine ratione, nunquam *ridentem*, esse simulatum. Diffide frequenti *percundatori*, tanquam aut imprudenti, aut exploranti. Nihil ferme boni expecta ab iis, qui naturalem quendam corporis *defectum* habent; solent enim Naturam ulcisci non plus ei honoris reddendo, quam acceperunt. Plerumque stultitiam in homine ex *pulchritudinis mensura* invenimus. (4)

## XXVI.

(3) *Galenus IV. temperamenta* facit, quia totidem corporum humores inveniuntur. lib. de corp. temp. mor seq. Humores corpora diverse temperant; *pituitæ* copia homines stupidos; *sanguis* lertos, & robustos; *flava bilis* alacres, & ad agendum idoneos; *erra* vero constantes, & quietos reddit. ibid. Humores quidem inter se miscentur, at quo plus, aut minus ii miscentur, eo plus etiam animi miscentur, & simul ratione, & affectibus variantur.

(4) *Duplex* quidem *character* potest statui, quia totuplex etiam persona invenitur; eam distinguente aut *natura*, aut *civitate*. Inde *character* etiam aut *naturalis* est, aut *civilis*: Illum *Cicero* in singularem & communem despescit. 1. Off. c. 30. Communis est vel corporis, cuius pulchritudo mensuram boni animi ostendit; Camer. Hor. succ. Cent. III. c. 41. vel est animi, & sic vel virtutis, vel vitii cuiuslibet sunt *characteres*. *Civiles* personæ vel *privatae* sunt, vel *publicæ*; inde populi *characteres* apud Lips. IV. Pol. 5. & Regis, ibid. c. 6. Dominatoris, Bæcl. diff. Pol. 16. Optimum, ibid. diff. 17. Vulgi, ibid. diff. 18.

## *XXVI. Experimentum (1) facere.*

**A**T diligentis hominis *solertia* calliditatis continentiam exæquet. Magno judicio opus est ad *explorandum* alienum. Longe pluris est *characterem* animorum, quam virtutem herbarum, lapidumque nosse. Illud enim vitæ est *secretum* maximum. Ex sono metalla, hominesque ex sermone noscuntur. Ex *verbis* (2) *integritas*, multoque magis *ex rebus* cognoscitur. Hanc autem ad rem multo *acumine*, *circumspectione*, & *cautione* egemus. (3)

## *XXVII.*

(1) *Examen quidem hominis ex charactere*, tanquam maximum vitæ *secretum*, *judicio*, & *cautione* maxima instituitur. Vir enim intelligens explorando qualitatem hominum, horum *verba*, & in primis *actiones* examinat, & comparatis cum charactere, & convenientia cum eodem, de homine secundum Naturæ voluntatem *judicium* concludit.

(2) Sermonem, & stylum animi esse characterem, probat *Picc. Obs. Hist. Dec. XVIII. c. 9.* Bene *Cardanus*: Solertes viri sèpius mutant sermonem, ex quo maxime homines noscuntur. *Ignavissimi* sunt, qui de epulis libenter loquuntur; post qui de venereis, de ornatu, & de rixis; *avarci* de lucro; *improbi* de insidiis; *probii* de honore; *dissimulatores* de Divis; at *optimi* qui de virtute. *Arc. Prud. Civ. c. 32.*

(3) *Character prudentis difficilimus est examinatu*, quia occultatur, & simul multiplicem investigationem requirit. Homo sciens, maximum esse *secretum*, quo quis sit affectus animo, personæ suæ rationem occultat, & quanta maxima potest eam calliditate immutat. Itaque hoc modo quis

## *XXVII. Exercitatio, (1) & Indoles.*

**S**INE utraque nemo potest eminere. Nam duæ partes hæ *conjunctionæ* magnum hominem faciunt. Mens tantum mediocris, *exercitatione* firmata, ulterius procedit, quam mens sublimis usu destituta. *Labore* ingenti existimatio acquiritur. Minimi quod est, minime valet. Exercitatio quibusdam vel in summis dignitatibus defuit. Adeo rarum est indolem suam cogere. Evidem in munere sublimi mediocrem malle esse, quam in mediocri excellere, desiderium est Generositati excusatum; Attamen non excusatur, qui, in dignitate quum posset excellere, mediocritati in munere exiguo

quis in examinando fallitur, & ubi negligit acute omnia circumspicere, quæ ad examen requiruntur. Neque enim tantum naturam personæ investigat, max. 24. & locorum situm, in quo persona, de quo scite Gruter. disc. Polit. in Tac. 44. & faciem, Cam. Hor. Succis. Cent. I. c. 57, & sexum, & ætatem, Card. Arc. Prud. Civ. c. 46. sed etiam consuetudinem, & tempus, ibid. c. 33. imo etiam fortunam, quæ characteres videtur immitare. Picc. Obs. Polit. Dec. XV. c. 7.

(1) Traditur hic III. atq[ue] perfectionem hominis necessarium, nempe *Exercitatio*: Cui hoc loco *Indoles* jungitur; quæ res duæ non sunt separandæ, quia conjunctionæ magnos viros faciunt. Sine iis nemo unquam homo eminuit; seu mediocris, seu maximus fuerit bona indoli usus, nulli homini neque ad indolem, neque virtutem perficiendam unquam deesse potest.

guo acquiescit, Sane (2) artem & in-dolem (3) habere oportet, ut ultimam eis Uſus (4) manum adhibeat.

*XXVIII. Indolem, (1) mentem, animum, affectusque nosse.*

**N**isi quis se pernoscat, sui Rex non potest esse. Non vultui, sed *Menti* specula defunt. Huic autem defectui seria sui inquisitio medeatur. Ubi *imago* excidit externa, *interna* eam retineat, & corrigat. Antequam quid (2) aggrediariis,

(2) *Plutarchus* dicit, bonam informationem esse essentiam felicitatis, & boni consilii causam, lib. de Music. Lips. I. Pol. 10. 3.

(3) *Aristoteles* credit, qui bonus est futurus, eum oportere etiam recte educari. X. Eth. c. 9.

(4) *Plinius* Uſum rerum omnium efficacissimum Magistrum putat. XXVII. H. N. 2. In exercitatione omnia sita esse, sive in cara, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore, [ complectar uno verbo ] diligentia sentit *Cicero* II. de Orat. Lips. I. Pol. 8. 5. 6. 9. 10.

(1) Quocunque *vitæ* genus naturæ est hominis consenteum, illud est optimum; tale autem autor esse innuit, ubi natura homini proclivitatem in *vitæ* genus illud indidit, & Intellectus bonum invenit, & Voluntas cum sensibus idem elegit, non abhorrentibus ab eo affectibus, quos velut necessarios rerum status requirit.

(2) Sic est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus; ea tamen conservata propriam naturam sequamur; ut etiamsi sint alia graviora, atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. Neque enim attinet repugnare naturæ; nec quicquam sequi quod assequi nequeas. I. Off. 31.

diaris, (3) *vires, vigoremque tuum metire*; nosce (4) *solertiam tuam negotiis te daturus*; explora (5) *doctrinam tuam*, quousque rebus in omnibus tua queat *Habilitas penetrare?* (6)

C 2

XXIX.

(3) Suum quisque noscat *ingenium*, ne scenici plus, quam nos videantur habere prudentiae: Illi enim non optimas, sed fibi *accommodatissimas fabulas eligant*. Ergo histrio hoc videbit in scena, quod non videbit sapiens in vita? Ad quas res *aptissimi erimus*, in iis potissimum elaborabimus. *ibid.*

(4) *Vitæ genus duas potissimum personas respicit*, quia totidem sunt res, quæ personas homini tribuunt; Nempe Fortuna, Natura, sive Voltuntas hominis. Illa quibusdam regna, & principatus dedit; Hæc aut Icti, aut Oratoris personam homini commendavit, & quidam obscuris parentibus orti personam talem feliciter elegerunt, quidam aut paternum vitæ genus imitati, aut ad idem aliarum rerum gloriam feliciter addiderunt.

(5) *Consultatio vitæ de genere eligendo est difficillima*, quia exactissimo debet judicio suscipi. *Antr. de Guevar. de vit. utraque c. 2.* Evidem nonnulli in infantia, vel rationis umbra illud bene elegerunt, attamen plures de eodem dubitarunt; quidam solis parentum præceptis, alii plurimum consiliis, quidam proprio consilio, postquam doctrina, & prudentia ornati, simulque satis ad deliberandum temporis adhibuerunt, ideū quam felicissime inventerunt. *Cic. I. Off. c. 33.*

(6) *Prudenter ad Naturam gravis illa consultatio refertur*, tanquam vitæ, & humanarum actionum regulam futuram. Non tamen ut homo negligat fortunam, cuius maxima in vita vis est, qua adversa, si ad naturæ suæ non vitiosæ genus consilium vitæ omne contulerit, is constantiam teneat; id enim maxime decet: nisi forte errare se intellexerit in diligendo, & tum morum, institutorumque facienda est mutatio. *Id. ibid.*

## XXIX. *Nosse* (1) *vires suas.*

**H**Æc notitia *donis* eximiis excolendis, & vulgaribus utilis est perficiendis. Multi viri evasissent magni, si robur suum ingenuum novissent. Itaque tuum nosce, & cognito Usum conunge. In noñullis *vis* *judicandi*; in aliis *fortitudo* (2) eminet. Plurimi suæ vim indoli afferunt. Indeque accedit eis, nulla ut in re excellant. Mature animus quod induit, idem satis tarde vicissim exuit. (3)

## XXX.

(1) *Notitia virium* non debet ignorari, quia neglecta hominibus admodum nocuit. Cuilibet enim homini a natura sunt propriæ vires; seu *robur* *ingenitum*, aut *ingenuum*; quod *donum* vel *eximum*, vel *vulgare*; seu *Pacis*, seu *Belli* studia respiciens; quorum alterutrum mature noscendum, ut *eligatur*, quod *prævaleret*, nisi quis infirmius eligendo naturæ suæ vim inferre, sibique postea sponte nocere velit.

(2) Quicunque Indolem habet militarem, ille bellum sequatur; & per gradus singulos militiæ tandem ad summam *Ducis* gloriæ arrepat. Qui enim omnes militiæ gradus emensi, *Duces* sunt facti maximi, & perfectissimi. *Picc. Obs. Hist. Dec. X. c. 5.*

(3) Interdum genus vitæ militare *sub malo Principe* non sequendum posset videri, quia importunum, & periculosum fuit; *Agricole* animum intrat *militaris gloriae* *cupido*, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio; nec minus periculum *ex magna fama*, quam *ex mala*. *Agr. c. 5. 6.*

### XXX. *Quanto quale (1) anteferre.*

**N**ON in quanto, sed quali *Virtus* consistit. Optimum quodque *ramum*, & magna rei copia parvi penditur. Quin inter homines ipsos pro Nanis (2) *Gigantes* habentur. Quidam *libros* magnitudine metiuntur, brachiis potius onerandis factos, quam ingenis exercendis. Sola *extensio* (3) nunquam potuit fines mediocritatis excedere; hoc que est malum hominum excellentissimorum, ut in nullo excellant, in omnibus quod voluerint excellere. Locum dat eminentem *intensio*, & res ubi est sublimis, reddit Heroem.

### C 3

### XXXI.

(1) *Qualitatem* quidem præferri monet rei non tali, ut homini inde excellentia, & dignitas concilientur. Non enim rei magnæ, mole sua tali, cuique plures alii operam dant, neque rebus omnibus studendum est, ut in iis excellas; sed rei magnæ, raraeque, qualis est *Virtus*, sive excellentia in re eminenti, & sublimi, quale virtus genus præfertur, quia Heroem facile a vulgo novit distinguere.

(2) Et exercitus numerosus in Bello pro exiguo habitus, quia virtus ei defuit. *Picc. Obs. Hist. Pol. Dec. II.c. 2.*

(3) Hominem in optimo statu ponit *qualitas* ejus, non magnitudo. *Sen. ep. 85.*

## XXXI. *In re (1) præclara excellere.*

**I**Nter Virtutes plures hæc res magna est, & singularis. Nullus est Heros, qui *sublimitate* singulari non emineat. Non satis digna est mediocritas applau-  
su. Excellentia in summa dignitate (He-  
roem) a vulgo discernit, eumque ad ra-  
ri hominis laudes evehit. Magnus, in  
exiguo, & aliquid est in nullo, quisquis  
munere in exiguo excellit. Quod plus a  
jucundo, minus idem a sublimi habet.  
Rebus (2) in magnis excellentia, *Maje-  
statis* velut est character, qui admiratio-  
nem excitat, benevolentiamque conci-  
liat.

## XXXII.

(1) Excellentia in Virtute aliqua magna quærenda est homini, qui volet a vulgo discerni. Hæc enim est virtus Heroica, quæ sicut sublimitate sua eminet, ita in primis in dignitate publica, sive officio excelso splendet, ubi caritas ejus ex se pendentis vulgi admirationem, & be-  
nevolentiam sibi facile adjungit.

(2) Bene Cardanus: quum artium, inquit, quædam sint valde utiles, ut militaris, jurisprudentia, medicina; aliae ad voluptatem, ut musica, & pigmentaria, & pi-  
cturæ quædam; ad utrumque, ut architectura; quædam ad horum nihil, ut numerandi & metiendi; in uno ex tribus generibus oportet excellere eum, qui existimatio-  
nem apud homines habere volet; maxime autem in pri-  
mo, ac tertio genere. *Arcan. Prud. Civ. c. 104.*

**XXXII. *Dicta* (1) & *facta* (2) hominem absolvunt.**

**C**Onvenit dici res bonas (3) & fieri: Unum bonæ mentis, alterum fortis est animi indicium; utrumque vero ex animi Imperio nascitur. *Verba* sunt umbræ actionum. *Verba* sunt fœminæ, maris autem sunt *actiones*. Pluris est laudari; quam laudare. Plurisque laudes deferre, quam debitas accipere.

(1) In *dictis* & *factis* est excellendum, quæ hominem magnum absolvunt. Herois est & facere bona, & dicere. Ille enim in animum imperium habet, ut verba ex bona mente, & *actiones* ex fortitudine ejus emanent. Quarum rerum negotia quum viro soli propria, & laudabilia. & difficultate plenissima sint; vitæ Heroicæ essentiam constituant, causamque perpetuam supponunt; simulque Heroem, qui omni tempore vitæ civili prodest, ab eis distinguunt, qui tantum aut belli, aut pacis tempore Reipublicæ profuerunt.

(2) Cicero, quidam, *inquit*, ad eas laudes, quas a Patribus acceperunt, addunt aliquam suam; Ut Scipio Africanus eloquentia cuñulavit bellicam gloriam, quod idem fecit Timotheus, Cononis filius; qui cum bellî laude non inferior fuisset, quam Pater, ad eam laudem doctrinæ, & ingenii gloriam adjecit. *I. Off. c. 32.*

(3) De *M. Port. Catone* Historicus, ad summos, *inquit*, honores alios scientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit: Huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceret, quocunque ageret; In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis: Idem posteaquam ad magnos honores pervenit summus Imperator, idem in pace, si jus consuleres, peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus. *Liv. Hist. lib. 39.*

*Dicere facile, & facere difficile. Pulchra facta sunt vitæ substantia, & pulchra verba vitæ sunt ornamenta. Excellentia agendi durat, dicendi vero transit. Actiones sunt fructus Prudentiæ. Quidam homines sunt prudentes, quidam autem fortes.* (4)

### *XXXIII. Scientia (1) & Fortitudo magnos (2) invicem faciunt.*

## **H**Æ duæ Virtutes (3) quia sunt immor-

(4) *De Richelio Gramondus:* Nec se quieti dedit, editis libris in Calvinistas; quæ tamen non fuit meta laborum, quippe videbimus consilio altiore confectum opus, quo argumentis succendent bellica tormenta, ratio ultima extirpandæ sectæ. *Hist. Gall. lib. 2. ad ann. 1617.*

(1) Igitur eligi debent Scientia & Fortitudo, quæ coniunctæ Heroem faciunt. Res immortales enim Heroe, velut immortali homine, sunt dignæ; cui Scientia gloriam, & vires omnes tribuit; vidente agenda omnia ejus oculo Prudentia, & visa omnia manu ejusdem Fortitudine exsequente. Neqæ enim sola Scientia, sed scientia & Fortitudo Heroem faciunt.

(2) *Resp. Romana olim fuit beata.* quæ multos habuit cives & Pacis & Belli artibus instructos. Nam Cn. Pompejus, & M. Crassus non viribus modo & armis, sed ingenio quoque, & oratione valuerunt. *lib. de Orat. c. 37. n. 2.* & *Agricola, Agr. c. 4. n. 3. & c. 5. n. 1. 2. & c. 6. n. 1.*

(3) *Principes olim tantum magni fuerunt, qui & scientia & fortitudine excelluerunt.* Ex utroque Cæsar olim; qui armis imperium acquisivit, & literis conservavit. *Camer. Hor. succis. Cent. I. c. 2.*

mortales, (4) homines tales reddunt. Quantum scit homo, tantus etiam idem est; & sciens quando est, omnia potest. Homo nesciens priscum est chaos. Oculi, manusque ejus sunt *Prudentia & Robur.* Sterilis est *Scientia*, nisi *Fortitudo* eam comitetur.

### *XXXIV. Negotia (1) splendidiora (2) preferre.*

**P**Lurimæ res ex palato alieno pendent. Zephyri quod floribus sunt, nempe C 5 nutri-

(4) Olim *Spinola*, quum ad injecta Oceano Ruppellenfi fræna obstupuit, *Richelium* admiratus, dubiusqac, quid magis stupendum in tanto viro, quod Ecclesiæ lumen, ut *Cardinalis*, quod Galliæ columen, ut *regni minister*, aut quod belli prototypus esset, ut *Imperator*. *Gramm. Hist. Gall. lib. XVIII. 1628.*

(1) *Belli quidem negotia preferri* debere monet *Pacis* studiis, velut *splendidiora*; ubi non licet esse *Heroi*, sive in utrisque negotiis excellere. Non quibusdam, sed *omnibus* Martis actiones approbantur; non in alicuius regionis finibus, sed *in oculis totius Orbis* ex fiunt; non minor, velut in *Pace*, honorem; sed maximam *veneracionem* victoriis, insignibus, & titulis merentur; non famam exiguum, sed apud omnes post mortem *immortalitatem* habent.

(2) *At Pacis negotia sunt difficiliora.* *Picc. Obs. Hist. Dec. II. c. 10.* Imo etiam *majora*, quoniam *majorem* *Reip. utilitatem* afferunt. Semper enim *utilis* est, non

nutrimentum, & vita; idem *estimatio* est virtutibus. Sunt *negotia*, quæ probantur universis, & quædam, licet magna sint, non tamen desiderantur. Illa, quia in omnium oculis fiunt, omnium *benevolentiam* sibi acquirunt. Hæc plus ex Majestate trahunt, & tanquam talia maiorem quidem *venerationem* post se trahunt; sensibus tamen impervia minore omnium applausu excipiuntur. Inter Principes celeberrimi sunt *Victores*, eamque ob causam Reges Arragoniæ *victorum*, & magnanimorum titulis militari-*bis* olim inclyti fuerunt. Quilibet ergo magni meriti homo eligat *negotia*, quæ nota illi, quibusque aptus est, ab omnium consensu *immortalitati* si volet consecrari.

## XXXV.

ad tempus, Areopagus reip. leges, & instituta Reip. servans; pendent ex directione superioris bellica *negotia*; autoritate enim consilii Duces bella externa gerunt; Ingenii potius, quam corporis viribus illa fiunt; bellare enim & cædere, manuum potius opus est, quam mentis. I. Off. c. 22. & 23.

Bene *Livius*: excellentibus ingenii citius defuerit ars, qua *civem* regant, quam qua *biistem* superent. lib. 2. n. 43. Quo refertur etiam illud Salustii; in posterum firmando est Resp. non armis modo, neque adversum hostes; sed quod maius, multo asperius est bonis pacis artibus. Orat. ad Cæs.

*XXXV. Artis suæ (1) partem (2) certiorem excolere.*

**S**I non habetur homo subtilis doctrinæ, minimum tamen solidæ doctrinæ homo habebitur. Sciens artis (3) immiscere se negotiis, & prout lubet agere potest; gnarus vero partis alicujus, negotia temere tentando, sponte præceps abit. *Dexteram semper viam tene,* q. Oniam autoritas probata nunquam fallit. Parum Scienti via (4)convenit regia;

&amp;

(1) Quum belli artes adolescens aut sequi nolit, aut non possit, ad pacis studia confugiens, bene agit, quum sibi prospicit, ut Artis suæ partem certiorem excolat. Sunt enim, qui in omnium Pacis artium cognitione excellunt; contra qui in arte aliqua una; aut in parte artis alicujus; quorum isti subtiliter docti, negotiis adhibiti, omnia agendo prosperrima fortuna utuntur; illi, si docti solide, bene etiam res suas agunt; hi extra partem suam vagari non debent, nisi temere quid tentare, aut se ipsi præcipites dare velint.

(2) Ipsi quam personam gerere velimus, a nostra voluntate proficiuntur; & alii se ad Philosophiam, alii ad Jus Civile, alii ad eloquentiam applicant; ipsarumque Virtutum in alia aliis mavult excellere. *I. Off. 32.*

(3) Illustrē ingenium via publica raro ambulat; sed meditatione magnarum, singulariumque rerum occupatur, omnia videre; comprehendere, quasique manibus palpare gestiens, multa legens, conferens, & ad omnium commercia aptum. *Iaros Smirz. Flor. Pol. Qu. 9. n. 3.*

(4) De Mucio Rufo Tacitus: Hispaniae, inquir, præerat, vir facundus, & pacis artibus, bellis inexpertus. *I. Hist. 8. 2.*

& securitas singularem hominis rationem antecedit, seu scientiam, seu ignorantiam consideres.

### *XXXVI. Homines (1) Conversationi (2) sua eligere.*

MAGNI momenti est *Conversatio*. Mores, affectus, (3) sensus, mensque sensim communicantur. Ita homo promptus ad iram cum pacifico, & quilibet cum sibi contrario conflictetur: hac enim re animi sui constitutionem justo modo temperabit. Magna res est sibi posse moderari. Alternans quatuor temporum vicissitudo pulchritudinem ipsi anno, firmitatemque conciliat. Grata

re-

(1) Traditur altera pars, quae spectat ad tempus Experiendi, nempe *Conversatio*; haec ad sensus expoliendos referebatur max. 8. Illi quidem certi homines eligendi debent, ubi male constitutum animum adolescens temperari volet. Ira enim, vel alio affectu horrentem animum, conversatio cum contrariis sibi affectibus homine, polit, & communicatione mutua suum amici animo similem efficit. Hoc est primum preceptum in vulgari conversatione, quod V. alia sequuntur.

(2) Bona *conversatio* est exercitatio virtutis, & vitiorum liberatio. Socrat. apud Xenoph. l. I. Mem. Nulla enim res magis animis honesta induit, dubiosque, & in pravum declinabiles revocat ad rectum, quam virorum bonorum *conversatio*. Sen. ep. 94.

(3) Ob eam rem fugiendum est pravum consortium; bene enim Seneca, ut quedam, inquit, in contactos corporis vitia transiliunt; ita animus mala sua proximi tradit. III. de Ira c. 8.

rerum naturalium consensio ubi ex sua ipsarum contrarietate nascitur, certe societatis civilis concordia ipso morum discrimine venustior evadit. Convenit Prudentiae, arte quadam ad eligendos *amicos* & *domesticos* uti; & ex hac contrariorum animorum communicatione jucundissima moderatio nascetur.

*XXXVII. Conversatio non affectata magna (1) Virtutis opinionem homini circumdat.*

**N**on tantas in mente imagines expectat de hominibus (2) habere, ut sui nobis eorum praesentia timorem incutiat, Nunquam animum nostrum Imaginatio suppressimat. Quidam magni videntur pretii esse, donec cum eis agas; conversatio vero nos brevi tempore opinione ea liberat. Nemo limites praescriptos homini excedit. Cuilibet conditio quædam, & aut menti, aut indoli obest. *Dignitas* qui-

(1) Si libere exeretur; vel cum magnis viris, in magna dignitate constitutis. Ad horum praesentiam non decet pallere, aut ignorantiae silentium affectare, sed animi praesentiam habere, qua imaginationem, nimiis de illorum merito conceptibus non suprimentem, prudenter corrigimus. Hoc est [2] præceptum.

(2) Bene Seneca: non *hominibus*, inquit, tantum, sed & rebus *persona* demenda est, & reddenda facies. ep. 24.

quidem speciosam tribuit multis autoritatem ; attamen rarum est personæ illi meritum respondere : solet enim Fortuna dignitatem muneric, exiguitate meriti abolere. *Imaginatio* semper longius abit, resque majores , quam sunt, repræsentat ; quippe non tantum quæ adsunt , concipit , sed etiam quæ possent adesse. (3) Rationis est corrigere Imaginationem, tantis rerum experimentis ab erroribus purgatæ. Nam valde dedecet imperitum audacia, uti peritum timor ; & si *præsentia animi* mediocriter eruditis convenit , quanto magis doctrina , & virtute præditis conveniet.

### *XXXVIII. Omnis generis (1) hominibus se similem præbere.*

**P**RUDENS Protheus , qui sanctus est cum sanctis , doctus cum doctis , severus

(3) *Ratio* terrorem prudentibus excutit. *Sen. I. 4. Q. N. c. 2.* Plurimum autem confert fiducia & mens ad videndos homines obfirinata. *Sen. ep. 98.*

(1) Inprimis quorum animos adolescens volet occupare. Difficultatis quidem magna est animos hominum discernere , eorumque secreta penetrare , *max. 22. b. l.* neque licet idein , nisi & scientia , & experientia instructis ; at utilitatis magnæ est studium illud , ut quorum animis nos similes fingimus , transformatione simulata eorundem gratiam aucupemur. Illud est [3] præceptum.

verus cum severis, (2) & latus cum lætis. (3) *Similitudo enim quum vinculum est benevolentiae, non dubitatur hac re animos nos hominum occupare.* (4) *Animos hominum discernere, & transformatione civili in mores cujusque, & characterem descendere, secretum quidem omnibus, semperque necessarium, qui pendent ex aliis; magna tamen eam ad rem doctrina requiritur. Omnium rerum notitia, experientiaque instructus homo minorem difficultatem eo in genere se formandi habebit.*

### *XXXIX. Cum omnibus potius (1) insanire, quam solus sapere.*

**P**rudentes dicunt, omnes ubi insanunt, ibi nihil perdi; ubi vero sola

(2) Non omissis potest versare naturam suam, & regere ad tempus, atque hue illuc torquere, & alectere, cum tristibus severe, cum remissis jucunde; cum senibus gravioriter, cum juventute comiter; cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere. *Cic. pro Læl.*

(3) Nihil est amabilius, nec copulatius, quam *morum similitudo* bonorum; in quibus enī eadē studia sunt, cædemque voluntates, in his sit; ut æque quisque altero delectetur, ac se ipso, efficiturque, ut unus fiat ex pluribus. *Cic. I. Off. c. 16.*

(4) *Max. 25. b. l.*

(1) Quidquid enim Usus docet, ei non est repugnandum. Prudentes volunt, insanientibus omnibus, stulti: ne nomen merearis, insaniam, & ignorantiam affectari licere. Et hoc est [4] præceptum.

la Prudentia, ibi eam stultitiam haberi. Igitur *Usum* oportet sequi. Maxima interdum est *Scientia*, nihil scire, aut minimum *Ignorantiam* (2) simulare. Vita cum aliis agenda restat, & numerum horum maximum *ignorantes* constituunt. Ut vivas *solitarius*, (3) multum te aut ex DEI, aut bestiarum natura oportet tenere. Quamquam ad moderandam regulam afferrem, praestare cum aliis *sapere*, (4) quam solum insanire. Quidam vel in Chimæris affectant singulares esse.

#### *XL. Nimiam in (1) conversatione familiaritatem fugere.*

**I**Ndecorum est eam aut habere, aut ferre. Sodalem qui (2) se nimium alteri facit,

(2) *Vide max. 178.*

(3) *Vide max. 191.*

(4) *Mavult prudens cum aliis sapere*, quam solus insanire. Est enim pars felicitatis humanæ sapientia, quam cum aliis communicare, & ostentare posse, magni viri est, non miseri, & abjecti. Insania in stultum, nunquam vero in prudentem virum cadit. *Cic. Parad. 4.*

(1) Tanquam rem decoro contrariam: Vult enim Honestas, Adolescentem in conversatione gravitati studere, cui repugnans, & nimia familiaritati indulgens, depresso animi sui signa edit, imperfectionesque, nimia quas sui communicatione divulget; autoritatem suam, & fidem sine ratione perditurus. Quod [5] est præceptum.

(2) Bene *Agricola* olim in conversatione se habuit, (quod alias est rarissimum) ut *facilitas* ejus autoritatem non diminueret. *Agr. c. 9. n. 4.*

facit, statim *autoritatem*, quam ei gravitas conciliabat, simulque fidem perdit. Suam sibi lucem sidera conservant, nulla iis nobiscum quoniam communio intercedit. Divinam naturam induens, *venerationem* sibi parit; humanam vero, contemptu se onerat. Quanto res humanæ sunt communiiores, tanto minoris eæ æstimantur; communicatio enim imperfectiones, (3) quas tegebat dnegatio, detegit. Nemine unquam *familiariter* est utendum; non *superioribus*, ob periculum; neque *inferioribus*, propter indecentiam; neque cum *vulgo*, quem ignorantia reddit insolentem; quippe delatum sibi honorem non comprehendens sibi debitum credit. Nimia familiaritas *depressi animi surculus* existit.

### XLI. In conversatione aut amicitia (1) non esse vitreum.

**S**unt quidam rumpendo faciles, eaque re inconstantiam suam indicant. Ipsi se

(3) Neronis odium adversus Vestinum *ex intima sodalitate* cœperat, dum hic ignaviam Principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit. XV. A. 68. 4.

(1) Illa quidem qualitas est, tanquam vitiola, fugienda. Sunt, quos & seria, & jocosa lœdant, ut motu aliorum

se turbant, & aliis tedium afferunt. Sauciatus ipsis videntur oculis teneriores, quos neque serio, neque jocose attigeris; nec spectris terrendi sunt, cum ipsæ eos *atomi* affligant. Cum iis, qui conflictantur, summa debent illi ope eoniti, ut omnem eorum *mollitatem* nosse discant. Coram eis enim moveri non licet; motus (2) quoniam minimus eos inquietat. Sunt plerumque homines ii amore sui inflati, sui arbitrii servi, adoratoresque dementiae suæ ambitionis, pro qua quidem Universitatem ipsam subruerent. Vero qui diligit amore, is naturæ adamantis assimilatur, qui constans est, & difficulter frangitur.

### *XLII. Sensum (1) rectum habere.*

**S**ensus æque, ac mens excolitur. Intellectus perfectio post desiderium ipsam fruen-

rum minimo in conversatione inquietantur; quæ inconstantia, & mollities est hominis amore sui corrupti, & ambitionis suæ dementiæ ultra hominis mores servientis. Hoc est [6] præceptum.

(2) *Tristitia* autem, & in omni re *severitas*, habet illa quidem gravitatem; sed *amicitia remissior* esse debet, & liberius, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemque proclivior. *Cic. Læl. c. 18.*

(1) Quum III. tradenda sint, quæ hominem perficiunt; menti quidem regulas præscripsit max. 10. & seqq. moribus

fruendi voluptatem elevat. Ex perfectione sensus, de magnitudine viri habilis judicatur. Re magna ad satisfactionem sui Virtus magna indiget. Sicut multo opus est cibo capaci stomacho, ita magnis ingenii res magnæ conveniunt. Quælibet res nobilissimæ sensum rectum ventur, & virtutes undiquaque æstimate placere ei desperant. Quemadmodum sunt pauca, quibus nihil deest, eodem modo existimationis nostræ tenaces simus oportet. (2) Sensus vero conversa-

## D 2 tione

bus max. 15. & segg. sensibus max. 42. qui conversationi sublimiori subjiciuntur. [2] Studeat adolescens sensus excultos habere, ex quibus de magnitudine Virtutis & Prudentiæ ab hominibus judicatur. Sensus quidem tales non sunt, sed conversatione cum magnis ingenii, & hominibus, qui sensibus excellunt, formantur; qualibus sensibus qui sunt, homines ii perfecti sunt, & rari, venerationem prudentium merentes; approbatione inque magorum quasi jure poscentes.

(2) *Dux sunt Virtutes*, quibus vir magnius futurus non potest carere, tanquam rebus viro perfecto necessariis; nempe *mentis*, sive *doctrina*, de qua max. 13. & Lips. I. Pol. 10. agit: & *sensuum*, sive *Prudentia*, quam *Usus*, & *Memoria* gignunt. Ille *visum* hominis exemplis acuit, & tandem sensibus *experientiam* indit. Lips. I. Pol. 8. *Memoria* auditum hominis *consilii* *mortuorum* ex *Historia* petitis roborat. ibid. c. 9. aut *viventium*, quibuscum frequens esse homo debet, ut vitam suam recte formet, & instruat. Cicero olim deductus ad *Scævolam*, ut quoad posset, & liceret; a *senis latere* nunquam discederet; ut prudenter ab eo dicta memoriae mandaret, simulque ejus *prudentia* *doctior* fieri studeret. Læl. c. 1. init. vide *Sav. Princ. Cbrift. Symb.* 28.

tione formantur, & frequentatione aliorum, velut hæreditate, eos acquirimus. Igitur magnæ est fortunæ, cum hominibus, qui sensibus excellunt, commercium habere. Neque tamen convenire nobis interim credamus, aliena nihili facere; Hæc enim est extrema dementia, & affectatio depravati sensus odio dignissima. Quidam vellent, alium a DEO mundum condi, aliasque elegan-  
tias, tantum exorbitanti eorum imagi-  
nationi ut satisfiat.

### *XLIII. Homo Virtutis, (1) & existimationis.*

**E**ruditione eleganti virum bonum (2) ornari oportet. Notitia rerum omnium, & elegantia sermonis opportune habiti, simulque modi placendi hominem præsentis temporis efficiunt.

Et

(1) *Ars ergo conversandi est experenda, quoniam Virtutis, & Existimationis ea hominem facit. Qui enim artem illam tenet, Scientia rerum omnium, sermonique eleganti, quo floret, inservire omnibus & placere potest. Quæ eruditio est elegans, & magnis tantum viris conveniens, quæ hos a vulgo, tanquam a præsenti tempore, remoto, scite distinguit.*

(2) *Talis olim Caro dicitur Ciceroni, quia multarum rerum usum habebat, & multa ejus in senatu, vel profisa prudenter, vel responsa acute ferebantur. Inde cognomen sapientis tulit. Læt. c. 2.*

Et quo quis tali homini similior, eo plus idem a vulgo (3) recedit. Interdum *signum unum, gestusq; majorem vim in animis hominum*, quam omnes Magistri severi, regulæ habent. Quibusdam *Ars conversandi* majorem utilitatem attulit, quam aliæ omnes septem artes liberales.

#### *XLIV. Artem (1) conversandi tenere.*

**H**Ac quidem re homo, quantum valeat, (2) ostendit. Nulla res in actionibus humanis majorem (3) circumspeditionem requirit, quia in ordinario vitæ actu versatur. Hac enim arte existimationem aut acquirimus, aut magnam

D 3 amit-

(3) Catoni tamen præfert *Lælium, & natura, & moribus, & doctrina sapientem*; quem non sicut vulgus, sed ut eruditi solent, appellat sapientem. *Ibid.*

(1) *Ars conversandi est ideo tenenda*, quia tanti in vita illa est momenti, ut existimationem aut conservare, aut perdere neglectu ejus possimus. Homines nihil non per eam valentes, nulla alia in re majori circumspetione egent; neque tam in extraordinaria, quam ordinaria conversatione, ubi tentationes animorum tam gravescunt, ut arte vivendi indigeat, quisquis contra eas se modestia tueri, fannæque integrum laudem apud homines sibi servare velit.

(2) Ingeniosa est *humanitas*, quæ verbis, rebus, affectibus comem se, facile inque præstat. *Sen. ep. 88.*

(3) In *conversatione, & convictu* tam verba, quam facta communicare decet. *Arist. IV. Nic. 6.* Utraque autem & ad virtutem, & ad utilitatem pertinent. *ibid.*

amittimus. Opus si est judicio ad scribendas literas, quæ *scripta* sunt conversatio, & meditata; majori certe *ordinaria* indiget, in qua subito meriti humani examen instituitur. Magistri artis illius, tentandis animi motibus, *linguam* adhibent, ut verba prudentis monent; *loquere*, ut te *noscam*. Quidam credunt, veram conversandi artem sine arte exerceri, eamque, inter bonos amicos, amictus instar neglectiorem esse. Ubi enim ceremoniæ, & venerationis instar se habet, ad ostendendam scientiæ vivendi laudem, major in ea est *modestia* adhibenda. Ea in re fortuna ut voto tuo respondeat, ad *characterem* eorum animorum, colloquii qui sunt quasi arbitri, te conformabis. Caveto, ne verborum censorem agas, & Grammaticus habearis; neque *Momus* fias causarum, & quoslibet a te repellas. Opportune loqui magis est necessarium, quam bene dicere.

#### *XLV. Non ignorare (1) vitæ commercium quantum sufficit.*

**N**E sit omne contemplativum in vita, sed quoddam etiam activum. Prudenter tissimi

(1) *Vitæ commercium*, tanquam res temporis præsentis  
con-

tissimi facile (2) falluntur; licet enim extraordinarium morem notint, ordinariū tamen, tanquam maxime necessarium ignorant. Contemplatio rerum magnarum prohibet, quo minus vulgaria cogitent; & ideo ea ignorant, quæ primum deberent nosse, scilicet quæ omnibus sunt nota, ita a vulgo tantum superficie inhaerente aut suspiciuntur, aut ignorantes habentur. Interim prudentis est tantum in vitæ commercio adiscere, quantum sufficit, ut ne aliis sit despiciatur, aut irrisui. Sit homo tractabilis; quamquam enim hæc pars non est vitæ maxima, tamen est utilissima. Cui bono Scientia, si non est activa? Nostræ ætatis vera notitia est notitia vivendi.

D 4

XLVI.

conveniens, non ignorandum. Neque tantum ordinariū, tanquam maxime necessarium, sed etiam extraordinarium, quorum utrumque est discendum. Quidam enim magni viri falluntur: Quidam non sunt tractabiles: Non contemplativa, sed activa hæc est notitia, quippe in vivo consistens.

(2) Quibus incultus mos, & vita aggressis, eis circumscriptio, & fraus ignota est, & quodcumque malum in foro nescitur. Sen. lib. 3. de Ira. c. 9.

*XLVI. Majoris meriti (1) hominibus  
non associari.*

Qui virtute , idem honore prior erit , & perfectissimus quisque in numeros prior refertur. Comes ejus partem aliquam si laudis habet , ex ea , quæ superest , illum manet. Luna lucet , quamdiu inter stellas sola est , simulatq; vero *Sol* apparet , illa aut non amplius splendet , aut evanescit. Nunquam accede ad eum , qui te obscuritate tegat , sed splendorem tibi circumdet. Ita enim aut deformitate , aut senio comitum suarum *Fabulla* apud Martialem bella videbatur. (2) Nunquam majoris meriti habere convenit socios , quibus existimatio tua velut partem honoris consecrat. Expe-

(1) Sunt III. præcepta de personis , quibuscum conversatio aut suadetur , aut dissuadetur ; quorum [1] traditur max. 46. Dicit autem *minoris meriti hominibus* nos non debere associari , quia nos obscurant. Neque etiam *majoris* , quia nos obscurant ; nisi quis perfectione indigeat , tum hi ; aut non amplius illa indigeat , tum illi sunt querendi , ut eos quasi luce sua deinde obumbret.

(1) Socios oportet *similes* eligere , quia dissimilium non est diuturna societas : In similitudine autem ad ætatem , mores , studia , imo etiam opes respiciendum est. In sociis præcipua sunt probitas , prudentia , excellentia alicujus Artis , & officia : Si litterarum imperitia , aut improbitate vitæ noti sunt , eos vitari oportet. *Card. Arc. Prud. Civ. cap. 40.*

pedit quidem virtute *eminentes* homines frequentare, donec formeris ab iis; at tamen formato homini mediocrum tantum deinde virorum societas quæretur. Viros perfectissimos, ut inde perficiaris; *mediocres* vero perfectus frequenta.

### *XLVII. A quibus (1) discere, cum iisdem (2) agere.*

**C**Onversatio familiaris nobis *scholæ eruditio-*nis, & *elegantiae* instar erit. Ex amicis sunt *Magistri* faciendi, qui voluptatem conversandi discendi utilitate condiant. Prudentes ex se ultiro, citoque *fruendum* percipiunt. Loquentes verborum suorum *applausus*, & auditores inde profecta utilitas consequitur. Sua quemque utilitas ad conversationem im-

D 5

pel-

(1) *Præceptum [2] monet, conversandum esse cum auxiliis*, a quibus licet discere. Et quidem vel cum *Ministro ipso primario*, velut *Oraculo Prudentie*, vel cum ejus *conituatu*, qui instar est *Academie*; *Conversatio enim cum utrisque est eruditio-*nis, & *elegantiae* *schola præstantissima*.

(2) *Cicero Facillime, inquir, in partem optimam cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, & sapientes viros, bene consulentes Reip. contulerunt; quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt, ad imitandum.* II. Off. c. 13.

pellit. Prudens cum (3) bonis *aulicis* frequens sit, quorum ædes potius Virtutis Heroicæ theatra, quam Vanitatis palatia(4) existunt. Sunt, qui præterquam quod ipsi sint *Oracula*, suo alias exemplo docentia, hanc habent etiam fortunam, ut Comitatus eorum *Academia Prudentiæ*, & *Civilitatis* habeatur.

### *XLVIII. Seculi (1) sui sidera noſſe.*

**N**on sunt ea numerosa, sed (2) unus tantum est in Orbe *Phœnix*. Vix in

(3) Cum Principibus quomodo quis conversari debeat docet *Cardan. Arc. Prud. Civ. cap. 81.*

(4) Ad ea pertinet *aula Vitellii*, in qua nemo olim probitate, aut industria certabat; unum ad potentiam iter prodigis epulis, & sumptu ganeaque satiare inexplebiles Vitellii libidines. *Hist. 95, 3.*

(1) In conversatione [3] monet, noscendum esse in primis *Ministrum primarium*, velut Seculi fidus. Ille enim solus est fidus unum principatus, excellentiæ, & virtutis sue splendore omnia illustrans; quod a fama celebratur, & nosse interest, tanquam scalam, & præsidium adolescenti ad honores ascensuro.

(2) Richelii exemplum proponit, de quo *Gramondus: Richelius*, inquit, *in primam regni Gallici curam* vocatur; munus est, cui suprema autoritas inest; non ante in eum apicem electus ea ætate homo, vix annos 40 habet, & quiniam rei Gallicæ tenet; experientia valet, in omne negotium expeditus; adeo ut non viderit Gallia ab exordio regni in hanc ætatem, non visura sit postmodum, qui in *comparationem* venire possit; cuius fortuna sequentibus annis sub Richelii administratione librabitur. *Hist. Gall. lib. XIII. 1624.*

in unoquoque *seculo* magnus Imperator, aut perfectus Orator, unusve prudens cernitur; Multa vero vix unum, magnumque *Regem* dederunt. Mediocritates pleræque sunt aut numero, aut opinione; Excellentiæ vero sunt rarae, quoniam Virtutem *perfectissimam* requirunt. Quo sublimior est affirmatio, eo difficilius in ea *ascensus* altior exspectatur. Plurimi cognomen Magni Cæsari & *Alexandro* tributum frustra usurparunt; nam sine actionibus, auræ sunt exiguae instar, plebis suffragia. Pauci sunt *Senecæ*, & unum tantum *Apellem* Fama celebravit.

#### *XLIX. Officiis (1) se convenienter gerere.*

**S**Uus cuique officio modus inest, & circino opus est ad discrimina officiorum

(1) Traditur *III. vitæ tempus*, quod officium publicum sibi vindicat. In officiis autem publicis certo se modo gerere debet, quia praescripto, & definito se modo habent. Balthasar enim ea distinguit in *Belli & Pacis officia*; & illa facile saltem corporis, bona natura expediri; hæc vero difficilius, animi nempe sollicitudine; & comprehendunt *triplicia* alia officia, vel *aulæ*, quorum priora subtilitate in, vel *ærarii*, quæ probitatem, vel *studiorum*, aut *juris*, aut *medicinæ*, quæ artem requirunt. Officia vel sunt *cum imperio*, & vel in una re, vel diversa, utilique versantur; vel *sine imperio*; & illa sunt, quia obligant hominem ad rationem de rebus suis Deo reddendam.

rum constituenda. Aliquibus *fortitudo*; quibusdam *subtilitas*; nonnullis *probitas*; aliis vero *artificium* convenit. Primis facile; reliquis vero officiis difficulter fungeris. At primis ut fungaris, *bona natura* sufficit; reliqua vero *exercitatione*, solicitudineque omni non curantur. Evidem munus est valde laboriosum *hominibus imperandi*; attamen laboriosius stultis, bestiis; duplii enim sensu opus est, ut regas eos, qui sensu indigent. Munus est intolerabile, totumque poscens hominem, quod *tempus habet numeratum*, semperque in re eadem versatur. Meliora quidem sunt officia, ubi *varietas utilitati jungitur*, alternatione animum recreante; attamen omnium, quae valent, maximi sunt, quae nos ad minimum obligant, aut quae a *subjectione remotissima*; pessimum (2) vero, quod post finem ad *rationem Judicium rigori*, Deoque (3) in primis reddendam nos obligat.

L.

(2) Difficultas principatus maxima describitur scite a *Eccclero in annor. Polit. ad I. A. 11.n. 5. & a Saav. Pr. Chriſt. Symb. 20.*

(3) Bene *Mecenas Augusto*, potestate in Principis tum bonam esse sualit, si naturæ sit consentanea; id est, si is præsit, qui sit optimus, & sapientissimus, & ita præsit, sicut

*L. Exspectare. (1)*

**M**AGNI signum est animi, neque nimis (2) urgere, neque nimis flagitare. Rex sui ipsius (3) Rex brevi aliorum erit. Transiendum est per vastos temporis carceres, donec ad centrum Occasionis perveniamus. Rationali cunctatione & secreta, & consilia maturescunt, Arcula subalaris ex ligno confecta plus operæ & Temporis, quam clava ferrea Herculis efficit. Deus ipse ad pænam nostri

sicut Virtus, & Sapientia postulant. *Dio lib. 52.* Si non ita præsit, non injuste quidem dicunt, cum non teneri judicio, & pœna, quibus tenentur alii; at conscientia eum convincet, cuius malefaciens judicio subsit? Non proderat olim Alexandro Macedonum decretum, *Clysum jure fuisse interfectum. Curt. lib. VIII. c. 2.*

(1) Quod exspectet adolescens, patienter quidem feren-  
dum est, quandoquidem illud Fortunæ placet. Est mag-  
ni animi signum non nimis urgere, neque nimis officia  
flagitare; qui que se vincit, & prudenter cunctatur,  
ille patientiam tandem suam a tempore, & fortuna com-  
pensatam habebit.

(2) *Capeſſentibus Rempubl.* nihil minus, quam Philoſo-  
phis, (haud ſcio, an magis etiam) & magnificientia, &  
*deſpiciēnția* adhibenda eſt rerum humanauin; ſiquidem  
nec anxii futuri ſunt, & cum gravitate, constantiaque vi-  
turi. *I. Off. c. 21.*

(3) Videtur caſus Richelii respicere, qui poſtquam ſub  
Luynæo mala ſua tulit, in exilio tamdiu latuit, donec  
a Luynæo revocaretur, & fortuna tandem patientiam e-  
jus honoraret. *Gram. Hift. Gall. lib. 2. an. 1617. & lib.  
3. an. 1619.*

stri non baculo , sed opportunitate temporis utitur. O verba pulchra! Quantum alii , tantum tempus , egoque valemus. Ipsa Fortuna mercedem , & usuras reddit eis, quicunque patientiam habent expectandi.

### *LI. Patriam (1) relinquere.*

**S**unt , qui dignitatis obtinendæ cupidi , pretium ut sibi concilient , solum mutare obligantur. (2) Magnis Virtutibus Patria est noverca ; ibi Invidia , velut in solo natali , dominatur ; )3) ibi ho-

(1) *Patria quidem relinquenda est* , ubi nullam spem officii publici adolescenti facit. Huic quidem saepe Invidia , aut memoria nævorum obstant , quo minus voto potiatur ; quia tamen merito valet , prudenter solum mutat , ut apud peregrinos valeat , a quibus saepe homo alibi contemptus in summa dignitate fuit locatus.

(2) Iis , qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum , abjecta omni cunctatione , adipiscendi Magistratus sunt , & gerenda Respublica est. I. Off. c. 21. At nolunt saepe , quia labores , & molestias tum offendionum , tum repulsarum , quasi quandam infamiam timent. id. ibid.

(3) Quidam non possunt ; quia alibi vita honestior futura est ob Injuriam , aut Invidiam patriæ ; ob Injustitiam aut Principis , aut Magistratum , qui peregrinis favent ; ob necessitatem aut morum , aut temporis. Card. Arc. Pol. c. 104.

Non omnibus enim eadem causa relinquendi patriam , querendique ; alios domestica seditio submovit. Seneca ad Helv. c. 6.

Quidam ob suffragationes obliquas patriam deserunt ; ubi-

homines imperfectionum, quæ initiis ætatis adhæserunt, citius reminiscuntur, quam meriti, quod eum ad dignitatem evexit. *Acus* habita fuit pretiosa, ex uno Orbe in alium transmissa, & interdum *vitrum*, eminus missum adamanti fuit prælatum. Omne peregrinum æstimatur, seu minus valet, seu perfectum idem, absolutumque inveniatur. Vidimus, qui loco exiguo erant despiciuntur, & jam sunt Mundo honori, a popularibus æque, atque extraneis honorati. Ab illis, quia longe sunt remoti; ab his vero, quia ex longinquo advenerunt. Nunquam certe multum honoris deferet quis *statuæ*, quam in horto ad truncum arboris conspexit.

## LII.

ubinam autem rectis jam est loci? alibi *æmulationes*, & factiones iniquæ turgent; alibi *auri*, & *opum* honores tument; alibi *fæminarum* gratia ædem honoris aperit. *vide Bæcl. annot. Pol. in lib. I. Hist. c. 14.*

Alicubi Magistratum, aut *munus emere* adhuc solertia, & fortunæ est. O miseræ regiones! ubi hominum mortales pecunia lapidescent. *Card. Arc. Prud. Civ. c. 71.*



*LIII. Magna (1) digerere.*

**C**Apax stomachus non est pars minima Corporis Prudentiae. Ingens capacitas amplis opus habet partibus. (2) Prospera non perturbat eum fortuna, majori qui dignus existit. Quid in non-nullis cruditatem, in aliis causat appetitum. Sunt (3) a succosis qui cibis minus belle se habent, quia constitutio eorum infirma, & quia tantis dignitatibus neque nati sunt, neque educati. Mundi eis amarum est commercium, vanæque gloriæ fumi in cerebrum ascendentes periculosas iis vertigines excitant; prærupta illis

(1) Viro Politico non debet deesse *stomachus capax*, quia ad honores summos ascensuro talis convenit. Vir enim magni animi, in magna ubi est fortuna, ostendit majori se adhuc & natum, & educatum esse. Neque enim aut a negotiis deterretur, aut secundis unquam effertur; Patientia & Constantia exemplar; licet alii secus sint affecti, & majoribus non sufficienes, majoribus etiam merito indigni habeantur.

(2) Bene *Quintilianus*: Divitiae, & potentia, & gratia quum plurimum virium dent in utramque partem, certissimum faciunt morum experimentum; aut enim *meliores* propter hæc, aut *peiores* suimus. *III. Inst. Orat. c. 7.*

(3) De *Primo Antonio Tacitus*: ille, *inquit*, nequam pari innocentia post Cremonam agebat; satisfactum bello ratus, & cætera ex facilis; seu *felicitas in tali ingenio* avaritiam, superbiam, cæteraque occulta mala patefacit. *III. Hist. 49.*

illis loca adversantur, & cum fortuna sua ibi sibi non constant. Vir fortis igitur *reliquum ostendat loci*, ubi major habitet fortuna, omni<sup>que</sup> studio evitet, quæcunque parvi animi indicium prae se ferunt.

**LIV.** *Nunquam (1) magni Antecessoris (2) locum occupare.*

Impleturus talem locum, excellentiæ suæ sit certus, dupli<sup>c</sup>i quia ad exæquandum Antecessorem *valore* indiget. Sicut Prudentiæ est, eo niti, ut successor desideretur; ita solertiæ, ut ab Antecessore ne obscureris. Difficile admodum est talem locum supplere, prior quoniam *meli*or videtur, indeque, quia prior in possessione (*eius opinionis*) manet, æqualitas non sufficiet. Quo circa nec-

(1) Locus vacans *magni Antecessoris* non debet a Ministero impleri, ubi hic ab illo superatur. Antecessorem decet non æquari, sed superari. Qui autem excellentiæ suæ confidit, ut eum superet, poterit eum superare, si desiderium ejus delectat, & existimationem ei omnem praeripiat.

(2) In Britannia olim Cerialis magnam Brigantum partem aut victoria amplectus, aut bello; & cum Cerialis quidem alterius successoris curam, famamque obruisset, sustinuit quoque molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat: At his *antecessoribus* Agricola successit. *Agr. c. 17. n. 3. & c. 18. n. 1. 2. 3.*

cessarium est Antecessorem superare, majoris ei existimationis commodum ut præripias.

*LV. Hominibus, (1) quibuscum agendum, asuescere.*

**Q**uemadmodum deformes (2) vultus paulatim, eodem modo pravos animos videndo asuefimus. Inveneris animos molestissimos, quibuscum, & sine quibus vivere non licet, prudentis igitur est iis, velut deformitatibus, asuescere, ut ne quando nobis superveniant, nosque perterreant. Evidem vice prima illi terrent, attamen paulatim iis asuescimus, duritiem eorum aut præveniente prudentia, aut tollerantiam eorumdem minimum adjuvante.

E 2

*LVI.*

(1) Inter Collegas quidam sunt mirabiles, quibus asuendum, tanquam hominibus, sine quibus non licet vivere. Animis quidam sunt deformes, & molestissimi, ut Collegas terreant, & affligant; quorum durities propter vitæ actum cum iis in uno Collegio necessarium prudenter tolerari debet. Crebro autem ferendo iis tandem asuescimus.

(2) Ut in corporibus magnæ sunt dissimilitudines; itemque in formis; sic & in animis maiores varietates existunt. Alii hilares, alii tristes. Cic. I. Off. 30.

*LVI. Loci (1) primarii excellentia (2)*

**S**I primum locum dignitas juvat, dupliciter is excellit. Prærogativa non mediocris est lusori, ordine socios anteire, ut Chartis æqualibus vincat. Multi munieris sui *Phœnices* fuitlent, nisi eos alii loco antecessissent. Primi in gloria herciscunda, velut (3) primogeniti præcedunt, & (4) secundis pars tantum exigua, & adhuc litigiosa, remanet. Hi frustra anguntur, neque conceptam, de imitatione necessaria prioris, opinionem hominum refellunt. Evidem magna inge-

(1) *Ministri primarii magna est excellentia*, qua Collegas alios loco antecedit. Qui si dignior Collegis est, & ordine, & gloria eos antecedit. *Modi autem ad eam dignitatem pervenienti*, vel virtutis sunt, vel vitii; & illos quidem Heros prudentia duce eligit. *Collegia quidem sunt varia*, & inter priora vel *Senatus intimi*, vel huic *proximi*; priorem locum in secundo Collegio, quam secundum in primo nonnulli jure maluerunt.

(2) Princeps caveat *uni alicui Ministro* se ita dare, ut & dignitati suæ, & potestati deinceps immineat. *Picc. Obs. Hist. Dec. XV. c. 9. vide max. 219.*

(3) Magni Ministri nempe *Muciani specimen*, fortunam, moresque describit *Bæcl. annot. Pol. in I. Hist. 10.*

(4) Malum ingens Principatus, ubi III. Ministri primarii in eo sunt, ut olim sub Galba, qui intra palatium habitabant, & a plebe pædagogi vocabantur. *Suet. Galb. c. 14. Tacitus de iis; potentia principatus divisa in Vinium, Laconem & Icelum. I. Hist. 13. 1. Olim III. fratres Luyñæi in Gallia, in quos tabella quædam; eo tres stabulo reges. Legatur Gram. Hist. Gall. lib. II. an. 1617.*

genia novam semper quæsiverunt viam  
eminendi, non tamen aliam, quam a  
manuductione Prudentiæ monstratam.  
Novis viri prudentes ausis in Heroum se  
curant commentarios referri. Quidam  
in classe secunda primi, quam in prima se-  
cundi malunt esse.

## *LVII. (1) Fortuna & Fama.*

**Q**uantum inconstantiæ una, tantum  
constantiae altera habet; Illa præ-  
senti vitæ; post (2) vitam hæc servit;  
Una invidiæ, altera oblivioni resistit.  
Fortuna desideratur, opeque amicorum  
nonnunquam paratur; (3) fama ingen-  
ti industria acquiritur. Desiderium exi-

E 3 stima-

(1) *Dignitas loci primarii si summa voti fuit Ministro*  
non est dubitandum, quia primo & unice illud expetivit.  
Ideo enim & mentem, & mores, & sensus expolivit.  
*Administrationi vero dignitatis duo debent adesse, quia*  
totidem eo sunt necessaria; *Fortuna & Fama;* quæ duobus  
etiam differunt, neinpe usu, & modis parandi. Hoc  
loco prius agitur de Fortuna. max. 58. seqq. de qua 5.  
præcepta reliquit.

(2) *Plinius beatum prædicat Virginium Rufum, civem*  
Romanum, XXX. annis gloriæ suæ supermixit; legit scri-  
pta de se carmina, legit Historias, & posterizati suæ in-  
terfuit. lib. 2. ep. 1.

(3) *Fortunæ raræ, illustrisque, honoribus & felicitate*  
exempla colligit Picc. Obs. Hist. Dec. XI, c. 2.

stimationis (4) ex *Virtute* nascitur. Fama fuit, & est Gigantum (5) soror, illa per fines extremos semper aut *applausus*, aut *execrationis* graditur.

### *LVIII. Ars (1) habendi (2) fortunam.*

**D**Antur fortunæ præcepta, neque semper prudentis viri intuitu fortuitum quid est fortuna; ad eam *industria* prudentis potest aditum parare. Quidam corporis otioso situ ad fortunæ portam stare contenti *exspectant*, donec sibi appetiatur; Alii vero melius agunt, impulsuque licentia, & meriti sui, ulterius procedunt, tandemque fortunam loquaci adulacione aucupantur: Attamen Philosophiæ judicio non aliud, quam *Virtutis*

(4) Vide de hac materia pulchre differentem *Sav. Princ. Christ. Symb.* 15.

(5) Tiberius ad Sejanum: Cæteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere potent; *Principum* diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. *IV. A. 40.* 2.

(1) *Ars est habendi fortunam*, quia præcepta inveniuntur eam habituro. Quidam prudentia & industria sibi ad fortunam aditum parant; quidam merito, licentia, & loquaci adulacione fortunam aucupantur; optime qui *Virtute, Uso, & Prudentia* ad eam nituntur. Prudentia enim fons est fortunæ. [1] præceptum de habenda fuit.

(2) Sibi quemque suæ fortunæ fabrum esse, probat *Pic. Obs. Hist. Dec. XVI. c. 10.*

*tutis & Exercitationis* hac in (3) re arbitrium datur. Sicut enim omnium malorum vitæ imprudentia, ita omnis fortunæ in vita fons est *Prudentia*. (4)

### LIX. *Sidus (1) suum nosse.*

**N**Emo tam est miserabilis, quin *sidus* (2) suum habeat; & si infortuna-

E 4

tus,

(3) *Quærantur ergo Virtus & Exercitatio*, ut ex homini fortunam pariant. Bene enim *Salustius*: Animus ubi ad gloriam, virtutis via grassatur, abunde pollens, & potens, & clarus est, neque fortunæ eget; quippe quæ *probitatem, industriam, cæterasque artes bonas* neque dare, neque eripere cuiquam potest. *Bell. Jugurth. procem.*

(4) *Prudentia bonam forzunam*, sicut bonos mores, gignit: Illa enim *Virtutum princeps, & morum directrix*, materque est; *Contra Imprudentia etiam fortunam*, sicut bonos mores, evertit. Sicut mala evertunt fortunam, ita *imprudentia, vitia, & desidiam* hominum mentibus immitiens corundem mores evertit. Princeps *Vespasianus* inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinatus, donec *indulgentia fortune, & pravis magistris* didicit, auf sque est. II. Hist. 48.

(1) Interest Ministri *nosse fortunam suam*, quia notitia ejus neglectus plerunque damnosus fuit. Ignorantia fortunæ cuilibet impedimento est, quo minus *fortuna sua fruatur*. Quidam enim apud Magnates; alii apud prudentes; alii alia in regione, in alia alii urbe; alii aliis in officiis; quilibet tamen aliquo in negotio sunafortunati: quam sortem & scire debet, & sequi, minime vero mutare, nisi infortunatus esse velit. Et [2] est de noscenda præceptum.

(2) Magnam vim esse in *fortuna* in utramque partem, sive secundam, sive adversam, nemo ignorat; nam & cum *prospero statu* ejus utimur; ad optatos exitus prevehimur, & cum reflavit, affligimur. Cic. II. Off. c. 6.

tus , certe ejus rei causa est , quod illud non noscat. (3) Quibusdam ad Principes , vel Magnates *aditus* patet , neque modum , aut causam ejus rei sciunt , quare fors eis tam facilem introitum esse velit ; parumque eis industriæ ad conservandum ejusmodi favorem sufficit . Alii nati quasi sunt ad *prudentibus placendum*. Ejus fortis homo in alio , atque alio *solo* gratior , & in hac urbe , quam in alia urbe acceptior fuit. Sed accidit etiam , in uno ut sit *officio* fortunatior , quam in omnibus aliis , licet hominis illius habilitas mediocris inveniatur. Ut placet fortunæ , ita quemlibet aut infortunatum reddit , aut fortunat. Quilibet igitur studeat fatum suum cognoscere , *Minervamque suam* , ex qua lucrum , aut damnum omne pendet , consulere. Ad sortem suam se bene conformare sciat : eamque *mutare* caveat ; quippe ab

(3) Fortuna quidem *non videtur posse sciri* , quia illa incerta deprehenditur. Sunt enim exitus ejus seu optati , sive adversi fortuiti , quorum causæ non tam ad mores , quam ad alias , & occultas rationes referuntur. Ex autem frustra inquiruntur. At *non potest ea ignorari* , ubi ex certis eadem eventis , & effectibus colligitur. Sunt enim facile homo , apud quos , & quo in loco , & qua in re illi fortuna respondeat ; inde quatenus illa sit benigna , observari , & nosci potest.

ab itinere a septem sibi Trionum sidere  
præscripto aberraret.

LX. *Ante negotia (1) fortunam  
(2) viresque ponderare.*

**L**Onge magis necessaria est hæc *Experientia*, quam constitutionis nostræ notitia. Stultus enim si est, qui quadragesimo vitæ anno Hippocratem de sanitate cœpit consulere; certe stultior ille, qui eodem vitæ anno ut vive-re diſcat, Senecæ cœpit scholam frequentare. Magna res est, ita fortunam nosse gubernare, ut, exspectari quia vult, aut favorem ejus exspectes, aut qualis tibi occurrit, talem eandem excipias. Fluit illa, & refluit, & pro mutabilitate ejusdem, & inconstantia fieri non potest, ut illam aliquo in loco figas. *Quisquis* eam sæpius *faventem* est exper-

E 5              *tus,*

(1) *Fortuna quidem debet mature ponderari*; quia res est mirabilis. Neque enim potest figi aliquo in loco, ut post vitæ etiam fere finem adsit; aliquando tamen ita gubernari, ut aut exspectetur, aut excipiatur; quibus easpe favit, ab iis potest urgeri; quos vero deserit, ab iis minime vult fatigari. [3] præceptum est de ponderanda.

(2) Male quidam, quasi fortunæ suæ certi, ante vicitriam res hostium partiti, itaque triumphum ante vicitriam cecinerunt. *Pit. Obs. Hist. Dec. X. c. 105.*

tus , ne moretur eandem urgere , quia solet a partibus audacium stare , juvenesque amici more diligere. *Infortunatus quisquis est , recedat , ne a victore fortunatiore multari bis erubescat.*

*LXI. In secundis (1) se moderari. (2)*

**M**agna in illustri loco positæ personæ hæc est (3) *solertia*. Et pulchris aulis dignus est bonus *discessus*. Magnis rebus gestis relinquendo fabulam , gloriam *protegere* oportet. Continuus fortunæ cursus semper suspectus fuit, tutiorque *intermedius* , mixtura amaritudinis gratiorem reddente dulcedinem. Propriæ quanto plus res glomerantur , (4)

(1) *In fortuna secunda moderatio ideo necessaria est , quia est lubrica , & incerta. Ob rerum vices futuras , antequam nos Fortuna dorso suo dejiciat , satius est , continuam eam vereri , & mixtura ejusdem frui , discessuque se contra eam protegere , quam in magna dulcedine vitæ , subito motu , ad tristes casus pessundari. Hoe [4] est de moderanda præceptum.*

(2) Una victoria multi nimis statim exsultarunt. *Picc. Obs. Hist. Dec. X. c. 7.*

(3) Hæc olim *Populo Romano* defuit , qui male humanitatis civilis imbecillitatem fuit oblitus. Bene Scipio Nasica *Carthaginem* pronuntiabat servandam , ne metu ablatu æmulæ urbis luxuriari felicitas inciperet. *Flor. lib. 2.*

(4) tanto magis lubricæ eadem incertis (5) vicibus fiunt. Brevitas fruendi inter um gaudii diversitate pensatur. Eudem hominem portando semper fortuna lassatur.

*LXII. In secundis (1) se ad contraria (2) præparare.*

**I**N æstate quam comodissime hyemi futuræ (3) prospicimus.. Rebus in secundis multos amicos , omniaque vili pre-

(4) Laudanda est prudentia Cæsaris ; qui tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est ; quo saepius vicisset , hoc minus experiendos casus opinans ; nihilque se tantum acquisitum victoria , quantum auferre calamitas possit. *Suet. Jul. Cæf. c. 60.*

(5) Bene Otto apud Tacitum : Experti invicem sumus ego , ac fortuna ; neque tempus computaveritis ; difficilius est temperare facilitati , qua te non putas diu usurum. *II. Hist. 47. 2.*

(1) In fortuna secunda prospiciendum est nobis , quoniam tempus illud durum aliud sequi potest. In secundis enim amicos , & omnia invenimus , eo tempore autem amicos nostros colendo nobis reservamus ; in adversis enim , quo tempore rerum omnium velut in hyeme est inopia , si non habemus , amicos non invenimus , quod [5] est præceptum de præparanda.

(2) Viri magni in utrisque exercitati , ut olim *Mucianus* , qui vir secundis , adversisque juxta famosus fuit. *I. Hist. 10. 1.*

(3) Bene de Pisone Galba : fortunam adhuc tantum adversam tulisti. Secundæ res actoribus stimulis amicos explorant ; quia miseriae tolerantur , felicitate corrumpiuntur. *I. Hist. 15. 5.*

pretio invenimus. Duro tempori, quo rerum omnium est *inopia*, expedit quædam reservare. Tuos non negligendo amicos bene olim ages; veniet enim dies, ubi partem felicitatis putabis, amicorum quosdam, quos jam non curas, habere. Rusticis hominibus semper desunt amici; & in secundis, ubi neminem noscunt, & in adversis, ubi eos nemo noscit.

*LXIII. Animos (2) hominum sibi conciliare. (1)*

Prima, princepsque causa non deditur animum prævenire, eumque movere, quando res maximas vult producere. Ex amore intramus in honorem. Quidam merito suo adeo confidunt, ut nullo modo current amari. Prudenti vero constat, merito magnum iter im-

(1) *Duae jam sunt tradendæ res*, quia eas Fortuna parere deprehenditur: nempe *Amor*, de quo max. 63. & *Honor*, qui accedit amor. max. 72. *Animos hominum* Minister sibi conciliare debet, quia inserviunt ad res maximas producendas. Moventur animi amore ad honorem; codem, non merito hominis solo, ad *benevolentiam*, quæ nobis dona maxima amicorum parit. Sed hæc *benevolentia* rursus non tam ex mutua consensione rerum, quam ex *societate* nascitur, qua officia, honor, & meritum junguntur.

(2) *Conciliatio animorum hominis querenda est*, tanquam res, oīnni tempore utilis. Non tantum enim bona pacis amplificat, sed etiam hostes civitatis propulsat. *Cic. II. Off. 5.*

imminere , quando a *Benevolentia* (3) non juvatur. Illa reddit omnia facilia, supplet omnia , neque semper prudenter , discretionem , bonitatem , aut habilitatem supponit ; illa tales virtutes largitur ; neque nævos unquam videt , quoniam eosdem videre refugit. Plerumque (4) ex mutua consensione rerum illa naſcitur, quando homines sunt aut ejusdem *nationis*, *locive*, aut *uno vi-*  
*tæ genere*, *unave gente* continentur. Sed aliud adhuc genus est amoris , cuius forma certa , & priori est sublimior , quod  
*offi-*

(3) Conciliatiōni animorum tria debent adesse ; totidēm enim modis in animos hominū influere possumus. Quippe homines moventur ad benevolentiam *merito* magni vivi , sive facultate beneficiendi , quæ beneficam voluntate in tribuit ; *officiis* , sive beneficentia ipsa ; *honore* , sive fama virtutis , quam homines etiam , vel in hoste colunt.

(4) Bene Cicero : *Benevolentia* , inquit , capitur maxime beneficiis ; secundo loco benefica voluntate , licet non suppetat ea : denique ipsa fama , & opinione liberalitatis beneficentiae , & justitiae , fidei , omniumque earum virtutum , quæ pertinent ad mansuetudinem morum , & facilitatem. Quia enim honestum , & decorum per se nobis placent , & animos hominum natura , & specie sua commovent , maximeque perlucent ex memoratis virtutibus ; ideo illos , in quibus eas virtutes esse remur , a natura ipsa diligere cogimur. II. Off. c. 9.

*Sublimis hæc est benevolentia* , quæ ex causis sublimibus nascitur ; sunt enim causæ diligendi gravissimæ , quæque paucis insunt ; leviores aliae , licet sunt naturales , ex quibus benevolentiam etiam natam vulgarem esse oportet. Max. 63. b. & I. Off. 17.

*officiis, honore, & merito nititur. Omnis  
in quærendo amore difficultas est; faci-  
le enim conservatur. Studiole eum ac-  
quirere, & deinde prudenter eo frui de-  
bemus.*

#### LXIV. *Ab omnibus (1) amari.*

**P**Luris est *amorem*, quam admiratio-  
nem hominum habere. Multum ad  
eam rem *Astri favor*, (2) reliquum vero  
omne *industria* confert. Quod ille in-  
choat, id hæc absolvit. *Meritum* non  
sufficit eminens, licet parto honore non  
difficile quidem sit amorem sibi acquire-  
re. Ut ameris, decet amare, & *beni-  
gnum*, verbis *humanum*, re vero adhuc  
meliorem esse. *Magnorum hominum*  
Ma-

(1) *Amor hominum quærendus est*, quia major est res  
hominum admiratione. *Causæ autem Amoris* sunt vel *Natu-  
ra*, vel *studium humanum* in amore, humanitate, beni-  
gnitate; magnæ actiones amorem pariunt Historicorum,  
qui benignitate ad scribendum obligantur.

(2) *Duplex traditur causa* in hac Maxima, efficiens  
amorem, *Natura*, & *Deus*: *Virtus humana*: quæ com-  
plectitur leviores alias, & communitate hominum apio-  
res; quales in primis sunt *Justitia*, & *Liberalitas*; *I. Off.*  
*17.* & aliae, quæ ad veram mansuetudinem, ac facilitatem  
pertinent. *Vide Boëcler. Instit. Polit. lib. IV. c. 11.* Ad vir-  
tutem spectant species virtutibus similes, imo etiam fortui-  
ta, & externa. *Vide Boëcl. annot. Pol. in I. A. 10. n. 17.*  
*vide de Cæcinna locum II. Hist. 30. 3.*

**M**agia est Humanitas. (3) Magna negotia aggredienda ante sunt, quam benignitatem in decoros *scriptores* conferas. Usus gladii, & chartæ alternet. Scriptorum gratia quærenda est, ut rebus gestis *immortalitatem* concilient. (4)

### LXV. *Donum (1) placandi habere.*

**H**Oc est *Magia* civilis comitatis, & *uncus* egregius, quo uti potius ad ani-

(3) Putat Autor, *duas res* *Ministro* *esse quærendas*, quibus amorein sibi Historicorum paret; nempe actiones magnas, & beneficia in eos collata; at illæ sufficiunt. Bene enim Tacitus: Mihi, inquit, Galba, Otho; Vitellius nec beneficio, nec *injuria* cogniti. *I. Hist.* 15. melius adhuc apud priores, inquit, ut *agere memoratu digna* prouin, magisque in aperto erat; ita *celeberrimus* quisque ingenio, ad *prodendam virtutis memoriam*, sine gratia, aut ambitione, bonæ tantum *conscientia* prærio ducebatur. *Agr. c. 2. n. 2.*

(4) *Benevolentia metui* præfertur; non tam enim hoc, quain illa respubl. valet. *Benevolentia* principi quæritur, ut ea incolumitatem, & potentiam conservet. *II. Off.* 7. *Metus* eidem est fugiendus, quia incolumitatem evertit, & potentiam destruit. *Id. ibid.* Bene Tacitus: metus, & terror *infirma vincula charitatis*, quæ ubi removeris, qui timere desierint, odiisse incipient. *Agr. c. 32. 3. vel Freinsb. Quæst. misc. 207.*

(1) Fortunatus est, quisquis *donum placandi* *habet*, eoque animos hominum aucupari potest. *Donum* illud *placandi Naturæ*, seu *Fortunæ* est munus, & *decus* homini innatum, quod ubi *Principis* virtutem, aut aliud hominis meritum antecedit, arte adjutum, sui cupidinem excitat, applausum hominum invenit, omniumque sibi tandem *benevolentiam* adjungit.

animos, , quam utilitates, aliaque omnia aucupanda debemus. *Meritum* non sufficit, nisi juvetur a decore, (2) ex quo omnium actionum applausus pendet. (3) Hoc *decus*, est instrumentum efficacissimum Majestatis. Fortunæ est sui in aliis excitare cupidinem; *Ars* vero ad illud multa confert. Ubi magnum est in hominibus *ingenium*, ibi decus hoc

(2) *Benevolentiae naturalis causæ* sunt *occultæ*, quippe quæ a vulgi observatione sunt remotiores. Deus modis non apertis singulari consilio alium alii homini aut hominem, aut populum reddit amicum, cuius sunt rei usus varii, & fines reconditi. Est in *naturis*, & *ingeniis* hominum, & singulorum; & populorum aliquid, quod hominem homini, nationemque nationi conciliet. *Bæcl. Instit. Polit. lib. IV. c. 11.*

(3) *Pulchritudo corporis magno viro* quam sit experenda, non dubitat, qui scit, ex illa Heroici animi speciem, & signa elucere. Hæc est illud decus Naturæ, ex quo decora ingenia magnitudinem etiam animi colligunt. Docuit enim experientia, in pulchris, & a vito, vel nota externa liberis corporibus plerumque egregiam mentem, rarasque virtutes latuisse. Vide scite de ea re differenter *Camer. Oper. succis. Cent. III. c. 41:* Hæc pulchritudo Heroum, animos hominum ad se traxit, & videndi sui cupidinem, simulque amorem, & admirationem in eis excitavit. In primis ubi ostentatio ei arte fuit adhibita. max. 66.

*Iphicrates* & *animo magno*, & *corpo* fuit, imperatoriaque forma, ut ipso aspectu cuivis adspiraret admiracionem sui. *Corn. Nep. Iphr.* Alexandri amici ejus *virtutis* ac *venerationis* erant, ut singulos Reges putares; quippe ea formæ pulchritudo in omnibus fuit, ut, qui eos ignoraverint, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos judicarent. *Justin. lib. XIII. c. 1.*

hoc artis adhuc melius succedit. Ab eo res aliqua ignota (*nescio quæ*) suam trahit originem, quæ utilis est ad omnium omnino benevolentiam acquirendam.

### *LXVI. Nescio (1) quid.*

**H**Æc est magnarum Virtutum *vita*, hæc verborum *respiratio*, anima actionum, & splendor omnis bonitatis. Reliquæ Virtutes Naturam ornant, at (*Nescio quid*) Virtutum est *ornamentum*. Illa res vel in differendi se prodit arte; quæ enim *supra disciplinam* est, plus ex privilegio, quam studiis tenet. Neque solum ad facilitatem illa se conformat, sed in *elegantiam exquisitissimam transit*. Illa supponit (2) *mentem liberam*, & so-

lu-

(1) *Decus illud naturæ*, de quo max. 65. dictum, occultumque est tanquam *nescio quid* *vita* & *ornamentum* est virtutum omnium. Nascitur autem illud *ex mente naturæ libera*, & soluta, & vel ex verbis, vel actionibus clucet. Verborum enī flumen, ipsos oratores superans, elegantissimum est non arte, sed Naturæ dono, & privilegio. *Actiones* ejus seu fortitudinis, seu Prudentiæ singulares sunt, quibus principes ipsos vincit. Conficit enim facile negotia, & negotiis etiam se facile subtrahit.

(2) *Excelsus animus* optandus est in primis magno Viro, quia ille Heroem efficit. Dicitur illa inentis, aut ingenii sublimitas, de qua agitur max. 213. Est hæc libera, quoniam vitiis imperat. Est quidem homo beatus, quicunque præter animi sublimitatem occultam quandam Naturæ vim natus est; hæc enim efficit, ut, propter formam corporis augustam, homo animi excelsi elegan-

lutam, talique animi statui ultimum Virtutum gradum adjungit. Sine illa omnis pulchritudo mortua, omnisque Gratia expers est Gratiæ. Supra Fortitudinem, Discretionem, Prudentiam, Majestatemque ipsam scandit. Via hæc est Prudentiæ negotia cito conficiendi; tandemque ars negotiis turbulentis se gnariter iubtrahendi.

## LXVII. *Favorabilia* (1) *sibi*, *odiosa* aliis (2) *servare*.

**U**Ti gratiam res una parit, ita odium altera (3) dissipat. Major est voluptas

tia sermonis, & gratia virtutum omnes hominum animos occupare, & negotia superare possit.

Tali Naturæ vi valuit *Mucianus*, qui omnium, quæ diceret, aut faceret, arte quadam ostentator fuit. Vir magnus, quem *Tacitus* valde prædicavit. *II. Hist.* 80. 4.

(1) Minister sibi tantum *favorabilia* rēserves, ut hominum ea re sibi amore in conservere. Omnia beneficia, aut bona Minister ipse distribuat, quia laus & merces eorum ad causam superiorēm redit. *Malum* vero siccūbi faciendum, quærat *instrumentum*, in quod pœna, sive iēsus infortunii recidant, salvo Ministro, causa quidem mali, non tamen talis a populo putanda.

(2) Non inscite olim *Caligula* Apollinem voluit representare, arcum, & sagittas sinistra tenente, dextra vero *Gratias* porrigitem; quasi quod melius, deberet, esse in promptu, odiosius vero in locum posteriore retriudi. *Grut. disc. Pol. cap. 41.*

(3) Bene Bodinus: Principes præriorum largitionem sibi delegerunt, ut subditorum gratiam modis omnibus colli-

Iuptas in dando *beneficio*, quam in recipiendo. In eo enim homines generosi felicitatem (4) suam ponunt. Raro evenit, ut alium quis dolore afficiens non ipse eum rursus aut cōmiseratione, aut talione sentiat. Superiores adeo causæ nunquam, agunt quin eis ex factis, aut laus, aut merces redeat. Igitur *bonum a te ap̄ērōs* veniat, malum vero ab alio fiat. Quære, in quem *idus infortunii*, nempe odium, & murmura plebis recidunt. Ut cum canibus, sic cum plebēs res habet; Hæc, causam mali non cognoscens, irata sœvit in *instrumentum*. Hoc enim poenam mali suffert, cuius tamen causa princeps non existit.

F 2

LXVIII.

colligerent; Magistratibus vero, ac Judicibus rei ingratisimam dederunt, pœnarum *irrogationem*; ne suppliciorum acerbitate ab ipsis Regibus illata quicquam de subditorum erga principes amore detrahatur. lib. V. de rep. c. 4.

(4) Artifex hujus doctrinæ Tiberius, cuius adoptivo Druso seditio Pannonica exprobabat, patrem *consulere Senatum*, quoties suppicia, aut prælia indicantur; *præmia* sub dominis, pœnas sine arbitrio esse. I. A. 26. 4. Idem Tiberius accusati Pilonis causam integrum ad Senatum reuinifit. III. A. 10. 6. Idem de militibus, quos neque dicta, nisi Imperatoris, neque *præmia*, nisi ab Imperatore accipere par esset. VI. A. 3. 2.

*LXVIII. Mala (1) in alios rejicere. (2)*

**U**Sitatum valde est regnantibus *adversus odia clypeos* (3) habere, nempe homines, in quos censura, querelæ & ne communes ruant. Et hæc res non provenit, quemadmodum mali credunt, ex inhabilitate regnantium, sed *industria* (4) quadam, quæ plebis intelligentiam vin-

(1) *Mala autem Minister in alios scite rejicit*, ut eadem ipse prudenter effugiat. *Censura & querelæ plebis de administratione rerum ferirent Ministrum*, nisi executioni rei odiosæ *instrumentum* quæreret, securitati suæ contra odium vulgi clypeum; quæ quidem singularis est Ministri *industria*, quia populum fallit, ut causam rei instrumentum, non vero causam superiorem existimet.

(2) *Traduntur postea III. Ministro necessaria*; ut gratiam Principis conservet, [1] necessarium se reddendo max. 69. b. l. modestia cedendi Domino max. 70. secretorum communionem fugiendo. max. 71.

(3) *Lipsius consilium hoc vocat derivationem*, qua invidia in Principes exsurgens in Ministros transfertur. IV. Pol. 11. 14. Olim ducibus severis usurpatum, qui fusi sanguinis invidiam eluerunt, viles quosdam, velut piaculares publici odii victimas substituendo. Ibid. n. 45.

(4) *Turpia Principis mandata*, velut summi olim periculi plenissima, Ministri fugiant. Tiberius invidiam cædis Agrippæ in Ministros derivare conabatur, & centurioni, simulque Crispo ingens periculum creasset: Neque imperasse se, inquit, & rationem facti reddendam apud Senatum. I. A. 6. 5. Idem Princeps cædem Sempr. Gracchi, & famam ejus posse in Apprenatem verti sperabat; sed frustra. I. A. 53. 8.

vincit. (5) Non (6) possunt omnia succedere , neque omnes contenti esse possunt. Validum *caput* sit oportet , cui ictus omnes imminent , quodque , cum dispendio propriæ aestimationis , vitiorum , malorumque omnium origo audi- ri sustineat.

## LXIX. Semper fieri (1) necessarium.

**I**Dolum facit , non qui inaurat , sed qui adorat . Vir prudens vult libentius ex se homines pendere , quam sibi grati

F 3 ani.

(5) Inter multa turpitudinis instrumenta quædam Principi ad expiadum odium selecta , quia maximo fuerunt odio cumulata. Tiberius olin scelerum ministros , ut perverti ab aliis nolebat . ita plerumque satiatus , & oblatis in eandem operam recentibus , veteres , & prægraves affixit . IV. A. 71. 2.

(6) Inter instrumenta regni olim Locusta nominata. XII. A. 15. 5. dicuntur illa secretiora ministeria in Agr. c. 40.

(1) Minister semper necessarius a Principe suo amatur , quia causas rari amoris sibi servat. Tales autem sunt , si efficere potest , ut a principe adoretur ; ut Princeps ex ea pendeat . Hæ causæ ubi cessant , primum colloquium Principis , deinde existimatio aulæ desinunt. Causæ quidem pendendi non locantur in *operis* Principi præstitis , quarum quidem memoria superiorum facile obliviscitur ; sed in *necessitate consilii* , ad quod neino , præter Ministerium , possit adhiberi ; quod tamen consilium non adeo debet a Ministro quasi offeso differri , ut aut statui publico , aut collegis , nondum consulendi gloria conspiciens , illud noceat. Primum præprimis amoris conservandi præceptum.

animi memoriam præstari. (2) Humanitatis est hominum spem nutrire; at simplicitatis, gratiæ eorum confidere. Gratia enim æque usitatum est oblivisci, ac spei reminisci. Plus illa, quam hæc largitur, Post potum *fons* linquitur, malumque aureum expressum abjicitur. Dum cessat ex te Princeps pendere, etiam colloquium, & existimatio simul cessant. Igitur *regula* hæc est experientiæ, ut semper quis studeat vel Principi suo (3) necessarius esse; ne tamen nimii ideo silentii reus esto; ne alios ad delinquendum inducat, aliosque in mala extrema conjiciat, utilitati tantum suæ consulendo. (4)

## LXX.

(2) Rerumpubl. in bene meritos majus olim fuit studium, & gratia, quam principatum. *Picc. Obs. Hist. Pol. Dec. 1. c. 6.*

(3) Speciosum *Muciani exemplum*, eni sub Vespasiano cum collegis inimicitiae intercesserant, quæ ita tamen evenerunt, ut e republ. esset, primum Cæsaris Ministrum prævalere. *Bæcl. an. Polit. in I. Hist. 10.*

(4) Profectus ad *Vespasianum* Antonius, ut non pro spe suâ excipitur, ita neque averso Imperatoris animo; qui trahebatur in diversa, *meritis Antonii*, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat. *IV. Hist. 80. 3.* At paulatim levior, viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia. *Ibid. 5.*

*LXX. Nunquam (1) superare (2) Dominum suum.*

**O**Diosa est omnis potestas ; attamen inferioris in superiorem aut stulta est , aut periculosa. Habilis vir *dona Naturæ vulgaria* non aliter , atque fœmina simplici habitu , modestiaque venustatem tegit. Inveneris homines , qui pro-superioris quidem *fortunæ* , *animique* hilarioris , nullos vero , qui *mentis* sanioris prærogativam aliis cederent ; multo minus autem Principem virum. Quæ dicuntur de homine , illorum omnium mens princeps est , indeque quælibet res,

F 4 men-

(1) Præceptum [2] quo Principis amor conservatur , est in hac maxima , qua Minister docetur , *non superare unquam debere Dominum suum* , tanquam superiorem. Quippe omnis superioris potestas est in inferiorem ; nunquam vero inferioris in superiorem ; & siccubi affectatur , aut misericordia digna est , aut pœna. Superare autem potest quis superiorem *donis* aut *vulgaribus* , aut *eximiis* ; Hæc aut *fortunæ* sunt , aut *corporis* , aut *animi* ; nempe mente , aut judicio , quo nemo superiorem , tanquam excellentissimum omnium , supereret , sed tantum adjuvet ; neque consulat ei , sed tantum eum moneat ; tanquam *subditus* , qui , quod est , aut qua re splendet , omne à superiori habet. Vide *Gruter. disc. Pol. in Tac. c. 32.*

(2) *Modestia Ministro* , tanquam res valde necessaria , colenda est. Laudandus olim Annius Bassus , qui ducem joco , item specie obsequii regebat , ad omniaque , quæ agenda forent , quieta cum industria aderat. *III. Hist. 52. 3.*

mentem offendens, crimen est Majestatem lædens. Principes, rerum quarumcunque excellentissimarum gloria, volunt eminere. *Adjuvari* quidem Principes volunt, non vero superari. Consulentes (3) iis loquantur, tanquam monentes, excidisse quedam, non vero tanquam ignota (4) docentes. Hæc est Regula, quam suggерunt *astra*; quæ licet natalem, & splendorem a Sole habeant, nunquam tamen in hujus societate apparent.

### LXXI. Nunquam (1) in secretorum communionem venire.

**P**Ira quidem dividere videris, attamen lapides dividis, Plurimi perierunt,  
inti-

(3) Evidem laudatur *Tacito Piso*, velut nullius servilis sententia sponte autor, & quoties necessitas ingrueret, prudenter moderans. *VI. A.* 10. 4. At prudens consulere etiam Principi potest, & libere, si Princeps, aut principatus periclitetur. *Lips. III. Pol.* 11. 12.

(4) Bene *Helvidius*, suadere, inquit, se *Prisco*, ne supra Principem scanderet, ne *Vespasianum* senem triumphalem *præceptis* coereceret. *IV. Hist.* 8. 6.

(1) *Præceptum* [3] Principis amoris conservandi, est in hac maxima, quæ monet, *Secretorum communionem fugiendam esse Ministris*, tanquam rem sibi exitium affectantem. Principis enim *intimi amici*, fiducia ejus onerati, simul ac mala, aut turpitudines ejus sciunt, Principes sibi obligant, & quasi *servituti* suæ destinant; Ministri autem inde odiosi, a Principe, ex servitute se in liber-

*intimi* quod fuerunt. Illi *crustæ* sunt panis similes, qua cochlearis loco ubi utimur, periculum est, ne eadem cum juscule deglutiatur. Principis *fiducia* (2) non gratiæ est, sed oneris. Plurimi *speculum* suum ideo frangunt, deformitatem quoniam intuentis indicat. Non potest Princeps videre eum, (3) qui videre illum potuit; & *testis mali*, nunquam fuit bonis oculis *aspectus*. Homini privato nunquam, multoque minus Principibus nimis *obligemur*. Operæ gratuito præstitæ securiores apud eos sunt, quam gratia compensatæ; Inprimis autem *intima* est *amicitia* periculosa. Alii suum secretum qui commisit, ille servituti ejus se mancipavit. Et in Principibus hæc est *violentia*, quæ non longi est temporis; impatienter enim liber-

F 5 ta-

libertatem seu vi, seu *injuria* *vindicare* nitente, male multari solent. Igitur prudentes secreta Principis neque audiunt, neque audita evulgant.

(2) *Vie. max. 68. b. 1.*

(3) Turpe ministerium gratia Principis raro sequitur, quoniam odium ejus gravissimum meretur. Est hæc Dei voluntas, ut turpitudo odio pensetur, & exempla rei veritatem probant. Hic unum sufficiet *Aniceri*, quo Nero ad *parricidium* usus erat, & Tacitus hi levi, inquit, post amissum scelus gratia, dein graviori odio; quia malorum facinorum ministri quasi *exprobrantes* aspiciuntur.

XIV. A. 62. 2.

tatem amissam nitentur redimere , & ut voto eventus respondeat , omnia , rationemque simul ipsam diruent . Secretorum itaque hæc est regula : ut neque audiatur , neque enuntientur . (4)

## LXXII. Amori (1) honorem (2) jungenere. (3)

**U**T honoreris , non necesse est nimis amari ; Amor enim odio est audacior.

(4) *Sileat Minister secretum sibi commissum , in primis si magni est momenti ; olim Agrippam posthumum sibi substituturus Augustus , ad visendum eum cum Fabio Maximo in Insulam Planitiam vectus fuerat ; Fabius id secretum conjugi Martiæ aperuerat , hæc Liviæ detulerat ; at simul & sui & mariti exitii causa erat . I. A. 5. 3. imo etiam Augusti , iphius ; quippe Livia irritata Augustum postea insidiis prævenisse creditur . Bæcl. com. in I. A. 5*

(1) Ministro ad rerum administrationem duo necessaria , Amor , de quo max. 63. & Honor , de quo max. 72. [2] Honorem quidem Ministro non simpliciter necessarium credit , quia Amori tantum ex parte accedit . Magno enim viro tantum amor reverentialis convenit , qui honorem , velut partem , sibi admixtum habet ; sicut honor nimius in metum , ita amor etiam nimius in familiaritatem degenerat ; hæc quo major , eo odiosior Ministro . Amorem tandem subducens , & evertens .

(2) Bene Curtius ostendit , quibus vel ingenii dotibus , vel animi artibus Alexander effecerit , ut pariter carus , ac venerandus esset . lib. III. c. 6.

(3) Ubi autoritas adeat Ministro , ibi non abest benevolentia . Autoritas tamen majus quiddam , & altius est , aptaque est sub se comprehendere benevolentiae parandæ vim ; a qua , si quis ordine velit proficere , ad autoritatem ascendendum est . Bæcl. Inst. Polit. lib. IV. c. 11.

cior. Amor , & Honor non admodum inter se conveniunt. Et quamquam nimis non oporteat metui ; non tamen bonum etiam est nimis amari. Amor enim familiaritatem inducit , & ille exit , qua parte hæc intrat. Præstat (4) amari reverenter , quam molliter ; & talis est amor , qualem magni viri desiderant. (5)

### LXXXIII. *Autoritas (1) naturalis.*

**C**erta quædam , & secreta vis est potestatis , ex *natura* , non vero artificio,

(4) *Lipsius* dicit autoritatem esse subditis , aut exteris impressam opinionem reverentia de Rege , ejusque statu. IV. Pol. 9. 2. eandem autem constare ex admiratione , & meru ; cuius utriusque temperiem hanc virtutem facere. n. 3.

(5) Ejusmodi Amor in Magistratibus nonnullis non est plenus ; olim Bolanus nullis delictis invisus caritatem paraverat loco Autoritatis. Agr. c. 16. 6. Agricola vero utræque fuerunt : autoritatem enim , & amorem habuit ; quippe , quod est rarissimum , neque severitas hunc , neque illam facilitas imminuerunt. Agr. c. 9. 4.

(1) Minister dignus est amore reverentiali , autoritatem naturalem habens ; quia talis est , ut omnes se quasi naturaliter ei subjiciant. Vis enim hæc secreta non est Artis , sed Naturæ ; cuius dono vir magnus virtutem singularem habet , se singulari modo insinuantem ; indeque tantam autoritatem , ut hominum animas , & linguas quasi extraordinarie occupet. Huic qualitati naturali ubi reliquarum virtutum ornatus accedit ; quemadmodum virtute naturali dominando est natum tale ingenium ; eodem modo dici non potest , quantum idem solo nutu efficiat , ad clavum reip. admotum.

ficio, aut affectatione nascentis. Qui-libet illi se subjicit, neque constat, quo modo, nisi quod alterius virtuti, latenti in autoritate naturali, cedat. Domina-tionis hæc ingenia sunt *virtute Reges*, & nativo *privilegio leones*. Occupant ani-mum, linguamque alterius, nescitur-que, qualitate occulta quomodo sibi autoritatem (2) concilient. Quando e-jus generis homines virtutibus reliquis sunt ornati, *loco regiminis civilis prima-río nati*, unico signo plus omnibus a-liorum ausis, & ratiocinatione efficiunt.

#### *LXXIV. Autoritas (1). & verborum, & actionum.*

**Q**ualitas hæc undiquaque locum in-venit, confessimque sibi honorem parit,

(2) Cicero autoritatem naturæ facit, quam dicit in virtute maxime inesse. In Topic. c. 19. Ea decus naturæ est occultum, sive secreta Naturæ facultas, quæ ho-mini parit benevolentiam; max. 65. & 66. imo etiam autoritatem. max. 73.

(1) Duo hoc loco docet Autor, in quibus Autoritas illa naturalis consistat. Nempe in *verbis*, & *actionibus*; non quidem simplicibus, sed talibus, quæ utræque ex facul-tate interna, sive sublimitate animi nascuntur, & a ma-gno merito sustinentur. Hæc autem qualitas quia ad omnia se negotia extendit, omnium hominum & admirazione, & honore digna est; quippe hominum ani-mos, & linguas occupare sciens.

parit, & ad omnia (2) se extendet, in conversatione, sermone, gestibus corporis, intuituque, & voluntate patens. Magna est victoria, hominum animos occupare. (3) Quæ quidem res non ex sola fortitudine, neque ex sermone Imperatorio, sed certa ex facultate provenit, quæ ex sublimitate animi nascitur, meritique alicujus magnitudine sustinetur.

### LXXV. Existimationem (1) acquirere, & conservare.

**H**ic est Gloriæ (2) ususfructus. Existimatio multo acquiritur labore, quia emi-

(2) De Heroibus, quibus præter animi sublimitatem virtutes multæ fuerunt, quæ ex sermonibus, & actionibus patuerunt, potest legi Camer. Oper. succ. Cent. II. c. 6. & III. 41. max. 65. b. I. I.

(3) De Agricola Tacitus: si habitum ejus posteri noscere velint, decentior, quam sublimior fuit; nihil metus in vultu, gratia oris superat; bonum virum facile crederes, magnum libenter. Agr. c. 44. 2.

(1) Existimatio quidem, tanquam fructus Honoris, acquirendus est. Provenit illa ex magnis, rarisque virtutibus, post magnum laborem; quem fructum habens, agendi occasionem invenit, & plura etiam agit. Existimatio vero vel publica est, & dicitur Majestas; vel privata, & Majestatis species est; in primis ubi virtutis sublimitas, tanquam venerationis mater, eam gignit, & honestæ eandem actiones sustinent.

(2) Gloria; quæ ex virtute nascitur, veram laudem meretur. Sicut enim inani ostentatione, aut ficto vultu quæ sita

eminentes .i. eam requiruntur virtutes , & ita raræ , quemadmodum mediocres sunt communes ; hæc semel acquisita facile conservatur. Illa *bene agendi* occasionem præbet , pluraque adhuc agit. Species quidem ea est (3) Majestatis , ubi *virtute sublimitatis* , velut causæ & sphæræ suæ , venerationem sibi acquirit ; Attamen vera est existimatio , quam semper (4) honestis actionibus sustinemus.

### LXXVI. Nova (1) invenire.

**E**Quidem notat Inventio excessum ingenii ; at ubinam ea sine grano demen-

sita falsa , & simulata est ; ita talem qui non desiderat . virtutum officiis fungitur. II. Off. 12.

(3) *Duplex est Autoritas* , quia duplicitibus etiam personis inest. In Principibus ea est *Majestas* , quæ salutis publicæ est tutela , Curt. lib. VIII. c. 5. in privatis ea dicitur *autoritas* , & ubi virtutis sublimitas eam parit , species est *Majestatis* , cui non existimatio , sed *veneratio* debetur. Quamquam hæc sit principibus debita , non privatis , sicut Magistratibus , qui tales sunt ; at Balthasar Ministrum intuetur , qui Richelii in morem Regi suo dominatur , quique virtute est talis , licet aliis ceremoniarum lege præferatur. max. 219.

(4) *Triplex est via* , quæ traditur a *Lipio* , qua autoritas paratur : forma imperii ; potentia imperii ; moribus imperantibus. IV. Polit. 9. sunt ex *actiones honestæ* , quoniam sunt virtutum ; quibus sustinere oportet autoritatem , si debet consistere.

(1) Inter ea , quæ honorem nobis acquirunt , & quibus studemus , est *Invensio rerum novarum*. Hæc est ma-

mentiæ reperitur? Inventio propria animalium vivacium, sicut electio est solidorum. Illa rarior, & honoratior est, quia multi eligendi, & paucissimi (2) inveniendi fuerunt felices adeo: ut & excellentiæ, & prælationis prærogativam haberent. Novitas in animos hominum influit, ubique a fortuna honoratur, pretium rei bonæ duplicando evehit. In rebus judicii illa est periculosa, quia in paradoxa incidit; in subtilitatis vero negotiis est laudabilis, applausuque digna, ubi novitas, & inventio convenient.

### LXXVII. Non patefacere (1) se, neque declarare.

**N**Ovarum rerum admiratio eventui premium conciliat. Quænam est utilitas, voluptasve chartis monstratis ludende.

magni, & vivacis ingenii; rei præclaræ, & a nullo ante detectæ; exitus fausti, & honore hominum digni.

(2) *Americanam* Columbus invenit, quæ tamen a veteribus incognita fuerit, dubitat, & disputat *Freinsb. Misc. Qu. 188.*

(1) Duæ Maximæ continent duo præcepta, inventori rei novæ relicta; de occultanda re nova, max. 77. de novitate fruenda, max. 78. [2] Monet inventorem rei novæ non debere se patefacere, si rem suam valere velit. Debere eum Dei morem imitari, & homines in suspensu tenere, rem suam mysterium, & secretum putare, in explicatione rei obscuritate uti.

dere? In magni momenti rebus, quārum *successum* omnes fixis oculis intuentur, hominum animos in suspenso tenet, quisquis non statim se declarat. Ea res omnibus in negotiis (2) *mysterii* opinionem, indeque secreti veneracionem excitabit. In modo explicandi tam sunt sermones clari, quam candidi in conversatione fugiendi. Sacrarium Prudentiae est *silentium*. Et vulgatum semel animi consilium nunquam fuit aestimatum. Censuræ se subjicit, quisquis se patefecit; & ubi res non succedit, dupliciter *infortunatus* existit. Igitur morem oportet *Dei imitari*, qui omnes homines in suspenso tenet.

### LXXVIII. Novitate (1) frui.

**D**Urat tamdiu honor, (2) quamdiu novitas durat. Placet illa universis ob

(2) Sive *arcani*, quod ita dicitur, quia occultatur. De occultatione arcanorum Politicorum, cur ea fiat, *vide Bæcl. Com. in Tac. in I. A. 6. §. 8.*

(1) Præceptum 2. monet, *fruendum esse novitate*, quamdiu licet, quoniam ea utilitatem transeunte habet. Quum enim suum cuique rei sit tempus, varietate sensibus grata, colligi ex novitate non diu durante debent, quæ possunt, quamdiu novitas non frigescit, & rei inventæ pretium non vilescit.

(2) Dicit *Livius*, certam aliquam rem præbuisse sermones, sicut omnis novitas solet, *lib. 35. c. 53.*

ob varietatem sui; quæ sensus resuscitat. Pluris rem communem, novamque, quam raram, saepeque visam aestimamus. Novitatis gloria non diu durat, quia quatuor dierum post spatium pretium amittet. Igitur primitiis aestimationis ita fruere, ut confestim colligas, quæ a blandiente, sicut tamen transiente possunt humanitate expectari. Ubi enim calor novitatis transibit, statim cupidio frigescat, & tanquam commune displicebit, quod tanquam novum placebat. Quælibet res post tempus suum negligitur.

### LXXIX. Prudentis (1) famam affectare.

**V**IA Virtutis ad (2) existimationem est compendiaria. Vera ratio ad eam perveniendi est Industria merito inni-

(1) Honorem acquirentium alterum in hac maxima docetur. Dicit enim Prudentiae famam esse affectandam, velut viam compendiariam ad Honorem. Tres autem sunt rationes, quibus eam nobis famam paramus; virtus, & meritum; industria; solertia insinuandi se hominum societati, de qua max. 80. agitur.

(2) Praclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberet veller, talis esset. II. Off. 12.

nixa. (3) Sola quidem *Integritas* non sufficit; neque sola *Humanitas* innata quasi meritum conciliat; quippe res eæ adeo deficiunt, ut sui fastidium pariant. Necesse est *meritum* habere, seque scire ipsum introducere.

LXXX. *In cætum (1) semper laudanda secum afferre.*

**H**Æc est via, qua homo *sanis sensibus* haberis, talisque judicii, cujus de rei bonitate quidem certi esse possumus. Bene qui antea potuit *rei perfectionem cognoscere*, ille postea eandem bene poterit æstimare. Suppeditat ille & *conversationi*, & *imitationi materiam*, simulque cognitionem rerum, admiratione dignam, hominibus explicat. Est hæc vitæ civilis ratio, ut præsentibus eadem virtute ornatis hoc quasi *officium vendat-*

(3) Est enim illa pernicies vitæ, (hodiernæ) qua alios bonos, alios sapientes existimant. III. Off. 15.

(1) Quisquis *in cætum prudentiæ honesta afferit*, ille eligit viam, qua *sanæ mentis homo*, & prudens possit haberi. *Laudanda* enim probantur prudentibus, tanquam res & *conversationi*, & *imitationi idoneæ*; non vero *vituperia absentium*; veterum prudentium. Sunt hæ blandiendi artes, & fraudes, quibus alios ad similem fucum conantur incitare. De prudentum approbatione agitur max. 81.

dat. (2) Alii contra semper secum *vituperanda* afferunt, & absentes temnendo præsentibus blandiuntur. Quod quidem succedit apud eos, qui tantum *externa* intuentur, non noscentes fraudes, præsentibus aliis male de hominibus loquendi. Quidam credunt, arcanum esse prudentiæ, *virtutes præsentis ætatis* mediocres pluris, quam præteriti temporis miracula facere. Prudentis autem est, observare *artes eas* omnes, quibus homines illi, neque amplificatione quorundam animum despondentes, neque adulatione aliorum inflati ad finem studeant pervenire. Interim sciat, quod utriusque se pariter erga partes alias gerant, tantumque *eas* alternare sciant, sensa, loco ubi sunt, semper accommodantes.

## G 2      LXXXI.

(2) Provideat homo, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus; quod maxime tum solet evenire, cum studiose de *absentibus*, detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severe, maledice, contumelioseque dicitur.  
I. Off. 38.

Neque vero, tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios; sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudine nonnunquam utendum putet. Id. ibid.

*LXXXI. Peritorum (1) approbationem (2) habere.*

**V**iri magni tepida *affirmatio* pluris, quam populi alicujus universi *applausus æstimatur*. Quando officulum in faucibus hæret, sordium in naribus affluxu agitatus spiritus non finit respirare. Prudentes in loquendo *judicio* utuntur, indeque *approbatio* (3) eorum maximam jucunditatem affert. In solo *Zenonis* testimonio prudentia Antigoni gloriam suam positam credebat, Aristotelemque scholam suam totam *Plato* nominabat. *Quidam* tantum stomachum suum replere solicii, *cibum* communem non fastidiunt, *Principes* (4) ipsi *bonis scri-*

(1) Honorem acquirentium *tertium* est in hac maxima, nempe *Peritorum approbatio* quærenda, tanquam res magni æstimata. *Approbatio* vel *vulgī*, & velut cibus est communis, qui non magni æstimatur; vel *magni viri*, quæ rursus aut tepida, & magni momenti, aut vera, quæ gloria, & jucunda est: quippe & *principes*, magni Historici approbatione opus habent.

(2) Bene *Cicero ad Quintum fratrem*; Non est tibi his solis utendum existimationibus ac *judiciis*, qui *nunc sunt*, hominum, sed eorum etiam, qui *futuri sunt*; quamquam illorum erit verius *judicium*, *obtrectatione*, & *malevolentia liberum*. *lib. 1. ep. 1.*

(3) Negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam *timido* dissoluti. *I. Off. 28.*

(4) Veteris populi Romani res gestæ claris *scriptoribus me-*

*scriptoribus* opus habent; quorum pen-  
na (5) majori illis formidini est, quam  
fœminæ deformi vera pictura.

### LXXXII. *Maturum* (1) *esse.*

**E**Quidem in externis maturitas, at  
multo magis in *moribus* resplendet.  
Gravitas materiæ aurum, at gravitas mo-  
rum *pretiosam* reddit personam. Gra-  
vitas hæc Virtutum est ornementum,  
propter *venerationem*, quam sibi acqui-  
rit. Hominis *forma* externa animæ est  
facies. Vera maturitas non est stulta  
quædam continentia, neque gestuum  
*pretiosorum* affectatio, ut amentes di-  
cunt; sed *autoritas* quædam circumscri-  
pta. Illa sententias loquitur, semper  
que opportune agit. Illa supponit ho-

G 3

mi-

memoratae sunt; temporibusque Augusti dicendis non  
defuere *decora ingenia*, donec gliscente adulazione deter-  
rentur. I. A. 1. 4.

(5) *Præcipuum* in unus analium reor, ne virtutes silcan-  
tur, utque *pravis dictis*, *factisque* ex posteritate, & in-  
famia metus sit. III. A. 65. 1.

(1) Honorem acquirentium *quartum* est, quod hic tra-  
ditur, *Maturitas morum*, quia hominem pretiosum in-  
dicat. Maturitas vel est *externa*, quam hominis facies,  
& mores externi produnt; vel *interna*, sive gravitas per-  
sonæ, autoritatem habentis, & verborum, & actionum,  
*venerationem* autem merentis, quia *perfectum hominem*  
indicat, in quo viri magni *preium* consistit.

minem (2) *perfedium*, seu *talem*, qui quantum a magno, tantum a maturo homine habet. Ex quo desinit homo esse infans, statim *gravis esse*, magnusque incipit videri.

*LXXXIII. Nosse partem*, (1) *qua nobis deest.*

**M**ulti magni essent viri, nisi illis a liquid *deesset*, sine quo nunquam ad culmen perfectionis (2) perveniunt. Observamus in quibusdam, multum eos valere posse, si rei tantum *exigua* vellent mederi. Quibusdam *gravitas* deest, unde magnæ virtutes nullius sunt in eis splendoris; alios *Comitas* deficit; defecatum autem inveniunt brevi, qui eos adeunt, in primis in eis, qui sunt in dignitate constituti. In aliis majorem *soler-*  
*ti-*

(2) In *Agricolæ* vultu nihil metus; gratia oris supererat. *Bonum virum* facile crederes, *magnum libenter.*  
*Agr. c. 44. n. 2.*

(1) *Expedit nosse partem illam*, quæ Ministro abest, quæque inde pretium ejus imminuit. Sæpe res est *exigua*, quæ impedit illum, quo minus perfecti hominis laudem habeat; in magna enim dignitate illi aut *gravitas*, aut *comitas*, aut *solerteria*, aut *moderatio* deest; cui defecit tantum notitia, & cautio facile possent mederi.

(2) Sicut omnis natura non profert bonum suum, nisi consummata, ita *hominis bonum* non est in homine, nisi quam in illo *ratio perfecta* est. *Sen. cap. 124.*

tiam; in aliis majorem moderationem desiderarem. Evidem facile defectibus omnibus mederi liceret, si tantum caverentur; quippe diligens consideratio consuetudinem potest in naturam alteram mutare.

#### LXXXIV. Scire (1) ostentare. (2)

**H**oc donum omnibus aliis speciem conciliat. Suum cuique rei est tempus, quod explorare convenit, quoniam quilibet dies triumpho non dicatur. Sunt quidam charactere singulari, in quibus parum multum apparet, & quibus multam admirationem parit. Ubi excellētia jungitur ostentationi, ea prodigium habetur. Dantur ostentantes nationes, interque eas Hispanica gradum summum occupat. Species quidem multum vallet, rebusque omnibus faciem secundam indit, in primis si res pro illa, fide jubet. Cœlum Virtutum parens, virtutibus etiam

#### G 4 ostent-

(1) Honorem acquirentium quintum est Ostentatio virtutum, quæ Ministro est querenda, ut hominum sibi admirationem pariat. Quippe magnam ea illi speciem conciliat, modo fiat a persona excellenti, quam cœlum donis dotavit, quæ tempore oportuno monstrantur, & certo modo, & quidem moderatione, aut dissimulatione, non totius, sed partis alicujus ostensione, ut homines alii ad reliquiam partem, videndi desiderium excitent.

(2) Mucianus olim satis decorus Græca facundia, omnium quæ diceret, atque faceret, arte quadam Ostellator. II. Hist. 80. 3.

ostentationem jungit; sine qua virtus quælibet in statu violentiæ esset. Quamquam ostentatio *arte* indiget. Res quæque excellentissimæ ex circumstantiis pendent, indeque non semper eæ sunt oportunæ. (3) Quotiescumque ostentatio apparuit importuna, male successit, quoniam nihil minus ea, quam affectionem suffert; & semper hac in re ostentatio impingit, quoniam vanitati contemptui obnoxia, multum appropinquat. Eget illa magna moderatione, ne vulgo accedat; excessus enim ejus apud prudentes premium suum jam tum immisnuit. Interdum illa in muta eloquentia consistit, & in arte virtutem dicis causæ ostendendi; prudens enim dissimulatio species est digna applausu, curiositatem eadem privatione acerrimis stimulis incitante. Maxima ejus solertia est, non una aliqua vice perfectionem omnem ostendendi; sed tantum partes ejus, quasi illius quidam lineas ducerent, ejusdem perfectiorem imaginem producturi. Bonum sit specimen oportet, quod ad ostendenda meliora hominem obliget; &

ap-

(3) Agricola major Muciano, qui ne famam quidem, cui etiam sæpe boni indulgent, ostendanda virtute, aut per artem quæsivit. Agr. c. 9. n. 6.

applausus primi exempli magnum reliqua  
omnia videndi desiderium excitat.

*LXXXV. Nimiis famæ (1) præconiis  
non (2) celebrari.*

**N**imiæ laudis commune est malum, speratæ perfectionis gradum nunquam attingere. Nunquam res ipsa potuit imaginationem æquare, quoniam æque difficile est virtutes omnes, quam facile earundem species habere. Quemadmodum Imaginationi despontetur desiderium, eodem modo illa plus semper concipit de rebus, quam sunt, & quantæcumque sunt virtutes, nunquam eæ conceptis intrinsecus figuris satisfaciunt. Et sicut quemlibet expectatio fallit, ita admirationem deinde in intelligentiam

C 5 con-

(1) *Nimia laus hominum*, tanquam malum, est fugienda. Illa ex ostentatione importuna sœpe nascitur, quando Minister virtutibus, aut virtutum suarum specie Imaginationi hominum satisfacere non potest: qui homines nimia de Ministro concipientes, nimisque eundem laudibus ornantes, spe sua delusi imperfectionem ejus intelligunt, impediuntque, quo minus Minister perfecti hominis laudem implere queat. [2] *Nimium quidem vituperium* refutatur, quando vincitur; nempe tolerantia mali maximi, quod de Ministro dicitur; illa enim parit applausum, qui obtrectationem, & calumniam vincit.

(2) *Nimiam de aliquo existimationem noxiā, neque expetendam esse*, docet *Picc. Obs. Hist. Dec. XV. c. 8.*

convertit. Veritatem spes semper adulterat. Igitur corrigat oportet eam ita Prudentia, ut usus rei ipsius desiderium vincat. Quoddam fiduciae initium aliquid ad excitandam curiositatem confert, ut tamen res ipsa non implicetur. Multo majorem parit res honorem, quando effectus ipsam hominum opem, & exspectationem vincit. Mala quod attinet, in iis hæc regula fallit, ubi exaggeratio eadem obrectationi, aut calumniæ detegendæ inservit; applausu majore, quando indicatur posse tollerari, quod extremum omnium malorum credebatur.

### LXXXVI. Bonis (1) uti instrumentis.

**Q**uidam consistere in eo putant subtilitatem ingenii sui, (2) pravis instrumentis (3) si utantur, quum tamen

pe-

(1) Honor conservatur [1] electione bonorum instrumentorum, quæ gloriæ immortalitatem pariunt. Malorum electio periculosa, bonorum vero domino est gloriosa, quia ad eum, tanquam causam principalem, omne decus referunt; sicut etiam dedecus non ad ministros, sed ad dominum reddit.

(2) Bene Agricola in Britannia a se, suisque orfus primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere. *Agr. c. 19. 1. 2.*

(3) Prudenter idem officiis & administrationibus potius non peccaturos, quam damnare quum peccassent. *Agr. c. 19. n. 5.*

periculosus sit hic ambitionis (4) casus, maloque dignus successu. Ministri *præstantia* nunquam Domini sui gloriam imminuit ; contra omnis successus gloria, (5) dedecusque ad causam principem reddit. Fama primos semper *autores* celebret. Nunquam illa dicit, fuisse homini illi bonos, malosque ministros, sed bonum (6) pravumque opificem fuisse. Nitendum ergo est, ut bonos (7) ministros quis *eligt*, quia sunt, ex quibus gloriæ immortalitas pendet.

### LXXXVII. Prudentia (1) famulatu uti.

**M**Agnum in eo Fortuna est, *pru-*  
*dentes* secum ut habeant comites,  
qui

(4) Liberti malis temporibus, & ipsi se partes reipubl. faciunt. *I. Hist.* 76. 6.

(5) Quales Othonis ministri, talis etiam successus contra Vitellium fuit ; Nam Celsus & Paulinus, qui in *prudentia eorum* nemo uteatur, inani nomine ducum, alienæ culpæ *prætendebantur*; cæteri vero ambigui, quod *spretis melioribus decerrimi valebant*. *II. Hist.* 39. 3.

(6) Bene *Saavedra*; in vitiis principum tantum corruptam ejus voluntatem; at in indulgentia ejus erga ministros, infirmitatem ejusdem, abjectumque animum insimulamus. *Princ. Christ. symb.* 13. ubi hæc maxima illustratur.

(7) Quales Ministros princeps debeat eligere. *Saav. l. c. Symb.* 30.

(1) Bonorum *instrumentorum* duplex est qualitas, quæ ab

qui expediendo negotia ex tricis eos ignorantiae extrahant. Alendi prudentes splendor major est Tigranis (2) fastu Barbarico, devictos sibi Reges (3) servire volentis. Novum est dominationis genus solerter ex illis *ministros* efficiendi, quos Natura nobis dominos imposuit. Homini scientiae multum, vitaque est parum; nihilque sciens non vivit. Igitur singularis est solertiæ gratis studere, & *discendo* (4) multa ex omnibus colligere. Post ea enim hominem in societate ex mente plurium loqui videbis; aut tot sunt potius prudentes ex ore ejus loquen-

ab autore prædicatur; *prudentia*, max. 87. *fides*, max. 88.

[2] *Prudentum famulatus* querendus est Ministro, tanquam res splendida, & utilis. Est enim ea viri magni fortuna, ut non regibus devictis, sed talibus famulis utatur, qui naturaliter illi dominantur; quorum usus non exiguis, quod negotia expedire, & Ministrum simul docere queant; Hic enim discit ex docentibus, qui eum oraculum faciunt, comitatu, quam famulatu digniores.

(2) Extremum quorundam principum dementium, & fastuum recordem fuisse docet idem *Picc. Obs. Hist. Pol. Dec. II. c. 1.*

(3) Magni viri, principes, & duces consuetudine *prudentum* olim delectati, cosque perpetuos sibi comites haberunt. Quos olim *monitores* vocaverunt. *Piccart. Obs. Hist. Polit. Dec. I. c. 5.*

(4) *Comitatus Vitellii* dignus olim laude erat; aggredabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurræ, *histriones*, aurige, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat. *II. Hist. 87. 4.*

quentes, quot sunt, eum qui antea docuerunt. Ita labor alienus efficit, ut *Oraculum* habeatur, quoniam prudentes ei regulas formant, sapientiamque ei velut guttarum selectissimas instillant. Interim sapientiam qui non poterit famulam, ad minimum eandem *comitem* (5) studeat habere.

### LXXXVIII. *Negotiis (1) suis fidos eligere.*

**T**Alibus confidere Prudens potest, & negotiis suis adhibere; officium eorum *cautio* est optima, & vel eo tempore, (2) quo lite cum eis contendimus. Quales enim sunt, tales semper agunt. Quippe cum (3) hominibus *bonis* pugnare præstat, quam de improbis triumpha-

(5) Vide *Saav. Print. Christ. Symb.* 28. & 72.

(1) Altera qualitas instrumenti in fide consistit: Minister inde *negotiis suis fidos*, tanquam homines bonos, eligat. Cum eis enī vera amicitia intercedit; propter benevolentiam, quæ lite cum domino non mutatur: amant enim virtutem, & honorem, tanquam bonæ fidei solium. Tales semper sunt, quales agunt; & non fidejussor, sed officium pro iis caret. Cum malis hominibus omnia se secus habent.

(2) Fides sanctissimum est humani generis bonum; nulla necessitate ad fallendum cogitur; nullo corruptitur præmio. *Sen. ep. 88.*

(3) Agricola *optimum* quemque fidelissimum putare. *Agr. c. 19. n. 3.*

phare. Nunquam secure cum malis agitur, quia nunquam ad æquum, & bonum se patiuntur obligari; inde nunquam vera cum eis intercedit amicitia; & quantacunque eorum videatur benevolentia, semper tamen est adulterina, (4) quia nullis honoris regulis innititur. Talem hominem semper fugito, quia bonæ fidei solium (5) est honor, qui non (6) honorem, (7) neque virtutem estimant.

### LXXXIX. Sine (1) nævis esse.

**V**irtuti omni aut conditio, aut alia aliqua res obest. Evidem pauci sine

(4) Magnum Principis malum est, infidos habere ministros, & sœpe malitia hominum in aula efficit, ut tales habeant. Ut proximus quisque Britannico neque fas, neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. XIII.

A. 15. 5.

(5) Tigellinus olim Praefecturam vigilum, & Prætorii, & alia præmia Virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, mox crudelitatem, & avaritiam, & virilia sceleria exercuit; corrupto ad omne facinus Nerone, ac postremo ejusdem desertor, & proditor. I. Hist. 72. 2.

(6) Tacitus de Vitellio; amicorum quanto qui clariores, tanto minus fidi. III. Hist. 58. 3.

(7) Vide, quæ pro nobilibus scribat, Saav. Princ. Chriſt. Symb. 17.

(1) Honor conservatur [2] fuga nævorum, qui magnum virum obscurant. Habet Minister nævos suos seu corporis, seu morum, quos neque habere, neque gloriaris iis, debet; vel minimi enim sunt tanquam maculæ, quos

sine morum , & corporum nævis sunt ; attamen multi nævis , facile quos corrigent , misere gloriantur . Minimus in homine perfecto ubi nævus cernitur , ille statim deploratur , quia nubes (2) unica Soli obscurando sufficit . Sunt enim hi defectus maculæ , quibus Invidentiæ statim Censura adhæret . Maculas eas in Virtutes mutare , magnæ solertiæ foret ; Ita olim Cæsar Julius Calvus defetum hujusmodi umbra laureæ texit .

### XC. Immunem (1) a nationis sua virtutis (2) esse.

**S**icut aqua , pro diversitate metallorum , per quæ transit ; ita homo , pro diversos invidi censem ; quos prudenter in virtutes mutari oportet .

(2) Scite Saavedra , maximam hanc illustrat , dicitque eleganter Solem , in deliquio , censuræ patere . *Princ. Christ. Symb.* 13.

(1) Immunitas à nævis convenit Ministro , quia est gloriosa . Nævi vel sūnt communes , si nativi alicui nationi , quos vir unicus si emendat , aut corrigit , incredibilia agit ; vel proprii , vel genti , vel vitæ generi , vel officio , vel ætati adhærentes ; utriusque si sunt in uno homine , monstrum ex eo efficiunt .

(2) Nationum quarundam ingenita vitia tradit *Pictart. Observ. Hist. Dec. VI. c. 10.* Pro diversitate climatis , & loci alia aliis nationibus esse vitia tradit *Bodin. lib. V. de rep. c. 1. Gruter. disc. Pol. c. 44.* Tacitus gentem Ægyptiam superstitione ac lascivia discordem , ac mobilem dicit . *I. Hist. 11. 1.*

versitate *climatis*, ubi nascitur, diverse se habet. Alii ob *sidus* favorabilius patriæ suæ plus aliis debent. Nulla vel politissima natio est, quæ non afficitur *vitiis suis nativis*, aut prudentia, aut æmulatione a vicinis notatis. Sed viro stabili victoriæ tribuitur, aut emendare nævos illos, aut censuram eorum minimum mendacii convincere. Atque inde quidem sequitur eum gloria, nationis illum unicum esse; quæ immunitas a nævo communi, tanto majoris habetur, quanto omnibus incredibilior videtur. Præter hos sui etiam cuilibet (3) genti sunt nævi, *viteque generi*, & *officio*, *ætatique*; qui si in uno omnes homine inveniuntur, neque oportune iidem præveniuntur, horridum ex eo homine *monstrum* efficiunt.

## XCI.

(3) *Vitia gentilia veteres notarunt.* Tacitus de *Nerone*; spectatum bello; sed vetere, atque insita *Claudiae familie superbia*. I. A. 4. 3. de *Gallo Asinio*; quod Pollio<sup>n</sup>is Asinii patris ferociam retineret. I. A. 12. 6.



**XCI. Difficulter (1) credere , difficul-  
ter (2) amare.**

**E**X credendi difficultate judicii maturitas apparet. Usitatissimum est homines mentiri , & eis credere ita extraordinarium sit oportet. Qui movetur facile , ille saepe turbatur. At cave , ostendas aliena de fide dubitationem ; quippe fallacem , falsumve putando hominem , ad offensam ab incivilitate transis. Sed neque summum adhuc in eo est malum. Praeterquam enim non credere est indicium mentiendi , mendax etiam duabus malis est obnoxius ; quippe non credit , neque quisquam ei credit. Equidem judicii dilatio laudatur in auditore ; qui

(1) Honor conservatur [3] difficultate credendi , amplectenda , quia judicii maturitatem ostendit. Mendacio usitatissimo cautela haec non consistit , in dubitando de fide aliena ; sic enim alium offendit ; neque in non credendo , quo quis efficit , ut alter etiam sibi non credit ; sed in judicium differendo , velut in audience. [4] Difficultas amandi est quartum , quo honor conservatur , estimanda , tanquam species prudentiae ; est enim fraus etiam agendo mentiri.

(2) Notentur Augusti mendacia , quibus in agendo usus est ad removendos eos , qui sibi in adipiscendo Imperio obstabant. Pompejum enim imagine pacis , & Lepidum specie amicitiae decepit , post Antonium Tarentino , Brundusinoque fædere , & nuptiis sororis illexit , ut subdolæ affinitatis pœnas morte exsolveret. I. A. 19. 4. 5.

qui vero locutus est, ad suum autorem se refert. Præter primam alia species est imprudentiæ, facilem esse *in amore*; qui loquendo, idem etiam *agendo* mentitur; & hæc fraus illa est adhuc (3) pernicio-sior. (4)

### *XCII. Competitores (1) fugere.*

**O**Mnis de concepto jure *disceptatio* fidem evertit. Lis cum competito-re (2) non cunctatur denigrare, quem vult

(3) *Fraudes sub specie amicitiae* sunt mendaciis verbo-rum detestabiliores, quoniam sunt perniciosiores. Romani tamen iis, similiter Barbari sunt usi. Tacitus *Au-tonii scelus* erga Artavasden Regem Armeniorum falsam illam amicitiam dicit. II. A. 3. 2. Pomponii Flacci ami-citiam artem ad fallendum Rescuporiden accommodatam. II. A. 66. 4.

(4) Detestor tamen in primis *proximiiores Principi ami-cos*, at fallacissimos qui maximam ei virtutem, fidemque præstare deberent. Ita enim Arminius liberator Germaniæ dolo propinquorum non cecidisset. II. A. 88. 4. Neque *Britannicus* etiam olim; qui primum venenum ab ipsis educatoribus accepit. XIII. A. 15. 6.

(1) Quod conservat honorem [5] est *fuga competitorum*, quos maxima fugiendos vult Ministro, quia existimationem evertunt. Vir enim magnus volens hominum benevolentiam, & existimationem salvam, tanquam pacificus & indulgens, cum æmulis de jure prætenso non disceptat, & nævos, infamiam, injuriasque neque objicit, neque objectos rursus ab iis audit. Competitores enim horrendum in modum se obscurant invicem, & denigrant.

(2) *Otho competitori suo Vitellio offerebat pecuniam,*  
&

vult obscurare. *Æmulatio* detegit nævos, quos humanitas antea tegebat. Multi in summa existimatione vixerunt, quamdiu æmulis caruerunt. Fervor contradicendi animat, & resuscitat sepultam *infamiam*; sordesque eruit, quas tempus consumperat. Contentio (3) honorum orditur declarationem *injuriarum*, quæ potest, neque debet, omnia assumens. Et quamquam interdum, imoque sæpiissime *injuriæ* sint arma roboris infirmi, in primis quando vili vindicta oblectaturus se, iis utitur; attamen tanto ad eas impetu advolat, ut tegenitem jam tum *nævos* pulverem oblivionis resuscitet. Benevolentia semper pacifica, & Existimatio semper indulgens fuit.

### *XCIII. Cum inæqualibus (1) non committi.*

**N**On æquis viribus configitur, quia adversarius in carceres sine perturba-

H 2

ba-

& gratiam; paria Vitellius ostentabat; mox quasi *rexanres* stupra, & flagitia invicem objectavere, neuter falso.  
*J. Hist. 74. 2.*

(3) Peccatis major est nulla in amicitiis, quam in plerisque pecuniae cupiditas, in optimis quibusque *honoris certamen* & *gloria*; ex quo amicitiae maximæ sepe inter amicissimos extiterunt. *Cic. Læl c. 10.*

(1) Quod conservat honorem [6] est *commissio cum in-  
equa-*

batione venit. Sicut ille pudori (2) nuntium misit, ita nihil ei est, quod perdat, aut cui parcat; indeque præceps se in omnis generis *immodestiam* immittit. Pretii inæstimabilis *existimatio* nunquam tanto se debet discrimini exponere. Spatio diuturno acquisita uno momento amittitur. *Aura* tantum exigua est necessaria ad sudorem maximum abstergendum. (3) Cogitatio se immittens in ea, quæ perdere potest prudens, eundem alite honoris retrahit. Ex quo existimationis suæ meminit, illam perdendi periculum intuetur. Et hujus considerationis ductu tanta statim *continentia* agit, ut tempus ei supersit retrocedendi, Autoritatemque suam protegendi. Nunquam

*æqualibus*, quæ cavenda, tanquam res existimationem Ministri magno periculo exponens. *Adversarius* sine perturbatione pudore modestia, inferior magno viro; quo cum rixans rem pretiosissimam existimationem uno momento potest amittere. Ministruum autem a tali rixa retrahet facile cogitatio rei, quam perdere potest periculum existimationi imminens, continentia necessaria, tempus reliquum, quo existimationem adhuc licet servare.

(2) Neque cum potentiori; male enim *Piso* olim ius Urgulaniam vocavit, quum Augusta se violari, & imminentia quereretur. *II. A. 34. 2.*

(3) Neque cum æquali, aut minori; quippe bene *Agricola* procul ab æmulatione adversus collegas, procul a contentione adversus *Procuratores* fuit; & vincere inglorium, & alteri sordidum arbitrabatur. *Agr. c. 9. n. 6.*

quam in posterum vincendo recuperamus,  
quæcunque exponentes nos periculo  
jam tum perdidimus.

*XCIV. Tempori (1) se accommodare.*

**I**psa *scientia* debet tempori servire, &  
vir ille est (2) habilis, quisquis sci-  
re nihil vult, ubi *scientia* locum non in-  
venit. *Sensus* hominum, *linguaque* de  
die in diem mutantur. Non ad *morem*  
*veterem*, sed ad *præsentem* (3) se *sensus*  
formant. *Sensus* prudentum regulæ in-  
star aliis erit in quolibet *vitæ* genere;  
inde illi te conformes, teque perficere  
nitaris. Homo prudens tempori se *præ-*  
*senti* accommodet; & *corpus*, & *ani-*  
*mam*; licet *tempus* *præteritum* ei melius

H 3

vi-

(1) Quod conservat honorem [7] est *servitus temporis* *præsentis*, sequenda, quia prudentes eam viri volunt, & jubent. Qui *præsens* ad *tempus*, (quod *scientiam* non estimat, bonosque *mores*) se non conformat, ut ad illud *animam*, *corpus*, *sensus*, & *linguam* suam non componat, prudentibus vir inhabilis videtur; quamquam *ve-*  
*terum* *mores meliores*, qui veritatem & fidem colunt, quos Minister (quantum quidem licet) *præsentibus* *præfert*, quamvis sortem suam in meliorem ideo non mutet. *Tempus* quidem *vitia* excludit, de quibus *max. 95.* ad *usum* se refert, non vero stultitiam communem. *max. 96.*

(2) Cicero olim *Bruto* tribuit, quod suminam prudentiam simulatione stultitiae texerit. *in Brut. c. 16.*

(3) Thucydides dicit virum prudentem in rep. *præsentes* *mores* in primis sequi. *Hist. l. 6. c. 2.*

videatur. Solus vero (4) morum respe-  
ctus prohibet, quo minus regula hæc lo-  
cum habeat, quoniam rectum omni tem-  
pore fieri debet. Quamquam non am-  
plius constat, quid sit vera *prædicare*, aut  
*fidem servare*? Si quidam virtutes eas co-  
lunt, veteris ævi homines habentur; &  
licet omnibus amentur, nemo tamen  
eos imitatur. Infelix Seculum! ubi *vir-  
tus extranea*, & *Malitia moris* recepti  
habetur. Sapiens quidem vivat, ut po-  
test, si non potest, ut volet. Content-  
tus sit *re a sorte sibi data*, tanquam pre-  
tiosiore eo, quod sibi denegavit.

### XCV. *Vitia vel (1) usitata discernere.*

**L**IET panno sit aureo ornatum vitium,  
ho-

(4) Mores tamen corrupti prudenti sunt fugiendi, quia  
ab honestate, & felicitate civili sunt alieni. A peregrinis  
autem inductis mores sæpius, & facile corrumpuntur; te-  
statur id de *Gallogrecis* Liv. lib. 38, c. 9. de Britannia  
antiqua Tacitus; illa a Romanis corrupta querebatur,  
*servitutem suam quotidie se emere*, quotidie paseere.  
*Agr. c. 31. n. 4.*

(1) *Vitia temporis præsentis usitata* explorari, quia ab  
homine bono sciri debent. Si sunt in principe abjecti  
*animi miseræ servitutis* *vitia*, quibus contra naturam a  
suis regitur; licet auro sint tecta, & ministrorum nobili-  
tate circumdata, tamen non Herois, sed infamiae sunt  
exempla. Deformitates corporum in principe turpiter  
privati, turpius *vitia principum* imitantur.

homo (2) tamen bonus non omittit illud explorare. Interdum frustra illud auro coronatur, quippe nunquam ita se tegit, ut *ferrum* non appareat. Evidem clientum suorum nobilitate se *tegere* nititur, attamen abjecti animi sui, servitudinisque suæ (3) miseriam nunquam (4) deponet. Vitia quidem evehi, at non queunt *evehere*. Sunt, qui Heroe in aliquo vitia notant; non vero considerant, non esse *vitium* illud, ad Heronis quod illum dignitatem evexit. Principum *exemplum* tam est oratorium, ut vel maximam infamiam persuadeat. Adulatio hominum in *imitando* (5) vel ad

H 4

cor-

(2) Sunt magni magnis virtutibus erecti, qui tamen non levioribus vitiis fuerunt obnoxii. *Picc. Obs. Hist. Pol. Dec. 1. c. 7.*

(3) Vitiis olim sub rege defuncto in Hispania usitatis possunt addi duo alia vitia, pestes duæ, Principatibus Europæ familiaria, *Ambitus*, & *Avaritia*: Illud malum Principibus quibusdam quasi connatum est; Hæc ex divitiarum copia per luxum in Germania etiam gignitur, Principatus non erecturum, sed eversurum.

(4) Tempora misera Neronis olim, quibus milites ita assuefacti, ut haud minus *vitia* Principum amarent, quam olim *virtutes* venerati erant. *I. Hist. 5. 4.* Vitellium Neronis ingenium, & mores imitantem lege. *II. Hist. 71. 2.*

(5) Alphonsi Arragonii collum distortum æmulati sunt studiose aulici, ut *Bodin. 1. 4. de rep. c. 6.* Diodorus autem Siculus legis *Æthiopum* meminit, qua subditi, si

Regis

corporis deformitates (6) descendit; quæ observatorum fuit imprudentia: si enim in magnis illæ tolerantur, certe in exiguae sunt conditionis hominibus intolerabiles.

*XCVI. Ad usum, (1) non vero stultitiam (2) se communem (3) conformare.*

**N**E tene semper tuam gravitatem, nam pars est civilitatis aliquid de decoro remittere, ut omnium benevolentiam au- cuperis. Interdum transimus, qua alii fine

Regis corpus male affectum esset, idem malum æmulari sunt jussi. lib. 3. in Biblioth.

(6) Poppæam Sabinam, Neronis pellicem, capillis succineis, fœminæ Romanæ olim adeo æmulatae, ut colorem illum non solum in coma, & capillis, sed in omnis etiam generis ornamentis affectarent. Plin. H. N. l. 37. c. 3.

(1) Usus quidem sequendus est, hominum nobis benevolentiam pariens. Ille autem a stultitia communi distinguitur, quo spectant, perpetua gravitas, a qua discrepat remissio quædam de decoro, usitata, si privatim fiat; licenzia, sive nimius remissionis excessus, si publico, stultis tribuitur; Religiosorum mores videndi; virorum, qui fœminarum mores affectant.

(2) Bene Seneca: Inter causas malorum, inquit, nostrorum est, quod vivimus ad exempla; nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod, si pauci facerent, nollemus imitari: cum plures facere coeperunt, quasi honestius sit, quia frequentius sequimur; & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. ep. 123.

(3) Tacitus de Roma Neronis temporibus; quod usquam

sine indecentia transiere. Publice stultus habitus privatim prudens non habebitur. Plus die uno licentia perdimus, quam diurna gravitate lucramur. Non semper tamen ab ea excipi nos patiemur. Singularis quisquis est, condemnat alios; pejorque est, qui proprios fœminarum mores, vel pretiosos, affectat. Interdum Religiosus etiam se ridiculum praebet. Optimum autem in more est tallem videri. Fœmina quidem non ineleganter potest affectare mores viriles; viri tamen non possunt honeste fœminarum mores imitari.

### *XCVII. Homo sine (1) affectatione.*

**Q**uo major in homine est Virtus, eo minor illius affectatio appetet. Hæc  
H 5 enim

quam corrumpi, & corrumpere queat, in urbe visitur; gymnasia, & otia, & turpes amores; Principe, & Senatu auctoribus, qui non modo licentiam vitiis permiscent, sed vim adhibeant. XIV. A. 20. 5.

(1) Quod conservat honorem [8] est affectationis fuga, necessaria, quia res est vitiosa. Illa species est jactantiae, opinionem de merito suo habentis, eamque ostendentis. Non est hominis prudentia, solertisque, neque inde applausum merentis; res optimas corrumpit; molesta est possessori, querenti rem, quam non habet, & fugienti rem, quam obtinet. Autor de quadruplici affectatione agit; [1] vitae singularis. max. 98. [2] actionum omnia. max. 99. [3] extraordinariorum munierum. max. 100. [4] ceremoniarum. max. 101.

enim plerumque res optimas corruptit. Aliis illa æque est intolerabilis , atque *molesta* est ei , quem afficit , quique in tormento violentiæ continuo vivit, tantum omnium rerum normæ ut conformatis appareat. Maximæ virtutes pretium suum amittunt, si affectatio in iis se manifestet; quippe *quæsitæ* potius industriæ quam personæ vero characteri assignantur; etenim nativum omne ipsa semper arte jucundius fuit. In re qualibet affectata *peregrinus* apparet homo; meliusque conficitur negotium, quo occultior est cura , ad agendum collata , ut rei naturalis fidem omnibus faciat. Interim affectationem *fugiens* caveat, in eam ne incidat , affectatum non affectando. Hominis soleitis est opinionem meriti sui nunquam ostendere ; quo minor ostendendi illam cura apparebit, eo plus illa curiositatem alienam excitabit. *Quisquis* virtutes in se omnes sine ulla jactantia habet, is per viam ignotam ad *applausus terminum* pervenit.

**XCVIII.** *Neque affectatione, neque imprudentia nimis (1) esse singulararem.*

**Q**uidam vitæ suæ ratione singulari, nempe actionibus stultitiae, ab aliis distinguuntur. Hæ tamen *vitia* potius sunt, quam differentiæ. Sicut quidam ob signum deformitatis in yultu omnibus noscuntur; ita etiam illi, nescio quo, excessu morum non dissimulato (2) distinguuntur. Nimis se singularem præbere nulli est rei alteri utile, quam ut homo talis pro archetypo *Immodestia* habeatur. Quæ quidem res vicibus alternis modo *contentum* unius, modo *indignationem* alterius excitat.

**XCIX.**

(1) *Vita singularis fugienda est Ministro, ne contemptu, & imaginatione hominum se multet.* Si credit, hanc esse differentiam, qua distingui ab aliis possit; fallitur, quia stultitiae hæ sunt actiones, & morum excessus; quem si imprudenter prodit, contemptum merentur, sin *studiosæ immodestiaæ archetypon* habetur. [1]

(2) Non decet repugnare naturæ, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas; seu quod repugnet naturæ. Nihil enim magis est decorum, quam æquabilitas universæ vitæ, tum singularum actionum; quam conservare non possis, si aliorum naturam imiteris, ombras tuam. Ut sermone eo uti debemus, qui notus est nobis; ne jure optimo videamur; sic in actiones, omnemque vitam nullam *discrepantium conferre* debemus. Cic. I. Off. c. 31.

*XCIX. In omnibus nolle (1) insignem  
esse.*

**N**imio (2) excessu virtutes ipsæ defec-  
tus (3) erunt. Quæ quidem res  
ex vita singulari oritur, semper culpata.  
Virum qui agit singularem, solus manet;  
quippe elegantia ipsa excedens est ridi-  
cula, & offendit, nimis in oculos in-  
cidens. Meliori autem, jure vitæ singu-  
laris affectatio extraordinaria, homines  
offendet. Interim quidam ipsis volunt  
vitiis esse nobiles, novitatemque vel in  
malitia quærunt, ut tandem tanta quasi  
infamia superbiant. Sane vel in virtu-  
tis ipsius negotiis nimium in circumfora-  
nei mores degenerant.

*C. Ex-*

(1) Caveat Minister in actionibus suis insignis esse, quia  
rei contentæ talis vita est affectus. Vita enim singularis aut  
est virtutum, & nimia in iis elegantia contemnitur, quia  
lredit; aut vitiorum, quibus quis nobilitari vult, aut potius  
infamari; quæ affectatio dicitur extraordinaria. [2]

(2) Medium inter duo vitia est; unum in excessu; al-  
terum in defectu; In his quod nimium est, errat, quod de-  
ficit, vituperatur; medium vero laudatur. II. Nic. c. 6.

(3) Audacia non contrarium, sed propinquum fortitu-  
dini, & tamen est vitium. Cic. lib. II. de Invent.

C. Extraordinaria , & mirabilia (1)  
munera non affectare.

**A**FFECTIONE illa (2) nihil nobis aliud, quam contemptum (3) aliorum affert. Pertinacia plurium sectarum parens fuit ; vir vero prudens nulla earum imbuatur. Sunt quorundam *sensus* tam extranei , ut ex omnibus , aliis quæ placent , nihil iis placeat. Omne singulare illis probatur. Evidem inde noscuntur ; at *contemptui* , quam famæ sunt propiores. Qui personam prudentiæ affectant , illi etiam ab affectione abstineant ; multoque magis qui ridiculum

vitæ

(1) *Affectatio verum extraordinariarum* cavenda est , quia itidem aliorum hominum contemptu nos onerare solet. Ad affectantes pertinent perrinaces , qui plures sectas sectantur ; alii , quibus tantum singularia probantur ; in *ridiculo* vitæ genere mira negotia affectantes : Omnes contempnus socii , non famæ . [3] ;

(2) Bene Cicero , suum , inquit , quisque noscat ingenium , acremque se & vitiorum , & honorum suorum judicem præbeat ; ne suevici plus , quam nos videantur habere prudentiæ . Cic. I. Off. c. 31.

(3) Quasdam res prudens in primis fugere debet , quas natura illi denegavit , aut quæ naturæ plane adversantur. Tales sunt , quas autor hic extraordinarias , & mirabiles appellat. Et hoc spectat Ciceronis illud : Non tam est nitendum , ut bona , quæ nobis data non sunt , sequamur , quam ut *vicia* fugiamus . I. Off. 31. Qui affectant , quæ sui ingenii non sunt , aut fugienda sequuntur , ii indecora agendo , & mirabilibus actionibus vitam contaminando digni sunt , quos ipsi histriones irrideant.

*vite genus sequuntur. Eiusmodi munera*  
*hic non nominantur, quia satis illa con-*  
*temptus cujuslibet indicat.*

### CI. Ceremonias (1) non affectare.

**A**FFECTATIO earum (2) olim, vel in Rege, (3) tanquam *vitium hominis singularis* fuit notatum. De meris *nugis jurgium* est molestum. INTEGRÆ sunt nationes, quæ ceremoniarum elegantia agrescunt. Tunica stultitiae ex particulis consuitur. At ostendunt quidem imaginis ambitionis cultores, existimationem suam *exigua rei inniti*, quia omnia illi

(1) *Ceremoniarum affectatio* est cavenda, quia *vitium* est *hominis singularis*. Ceremonias homines vel *nullas* habent, qui magni debent esse meriti; vel *aliquas*, vel *nimias*. Affectatio harum vel a populo fit, vel a Principe; ubi de meris *nugis jurgium* stultitiae est actio, & vanæ ambitionis cultus, existimatione rei exiguae innittente, quam fere res nullæ offendunt. Sunt ceremoniae mutuus publici honoris, & civilitatis effectus, qui exhiberi ita potest, ut neque affectetur, neque temnatur; at Minister *nimirum ejus formam* non colet. Sic enim Magister ceremoniarum habetur. [4]

(2) Nihil est inanabilius, quam diligens stultitia. Sen. Rhet. lib. 3. contr. 18.

(3) Principes prudentes *ceremonias non admodum afflant*, quæ in inanibus consistunt. Nonnunquam solennitates & titulorum, & sessionum luc pertinent. Ben. Tacitus de gentibus externis: non erat, inquit, illis notitia nostri; apud quos *vis imperii* valet, *inanis transmittantur*. XV. Ann. 31. 1. 2. & Forstn. in nott. Polit. ad b.l.

illi offendendæ sufficere videntur. Equidem bonum eit ab hominibus honorari, attamen ridiculum est *Magistrum ceremoniarum* haberi. Interim verum est, hominem *sine ceremoniis* earum loco ingenti merito indigere. Quamquam *civitas* neque affectari debet, neque contemni. Homo habilis non videtur, quisquis nimis exacte *formam ceremoniarum* colit.

**CII.** *Nihil (1) obstinate, sed omnia  
(2) circumspete agere.*

**O**Mnis obstinatio est ulcus aliquod, & filius primogenitus *affectus* illius, omnia qui præpostere agit. Sunt, qui (3) omnia in *rixas* vertunt. In conversatione sunt *latrones*; qui factis suis omni-

(1) Honorem conservat [9] quisquis *actiones obstinas* velut vitiosas, caver. Sunt quidam obstinati indolis pravæ lefisque sensibus, ut omnia præpostere agant; & tales sunt *rixosi*, nimis ambitiosæ sua estimantes; *regnantes* quidam, qui si secundum ingenium illorum omnia non dant, adversantes affligere festinant. A fine tamen suo aberrantes sero niimis sapiunt, & dolent.

(2) Obstinatione, sive *pertinacia*, quam a pertenendo *Varro* derivat; illa pertendit, ubi non debet pertendi; quæ enim perstat in eo, in quo oportet manere, *perseveranzia* est. de *L. L. lib. 4.*

(3) Talis olim Iaco, qui confilii, quamvis egregii, quod non ipse afferret, *inimicus*, & adversus peritos *pervicax*. *I. Hist. 26. 4.*

omnibus triumphum quærunt, quia colere pacem nesciunt. *In rebus imperii*, & regiminis sunt perniciosi; quippe ex imperio faciunt fœdus defensionis, formantque societatem inimicorum ex iis, quos in locum liberorum deberent habere. Omnes res ad ingenium suum dirigi, omniumque laudem velut solertiæ suæ debitam auferre volunt. Simul ac vero indoles eorum noscitur, contra eos in composito statu sumus; *chimæræ* eorum refutantur, indeque tantum abest, ad finem suum ut perveniant, ut potius cumulum dolorum ex prompta omnium affligendi voluntate referant. Miseri! quibus læsi sunt *sensus*, & interdum etiam *animus* corruptus. Modus autem subducendi se monstris illis erit confugium ad *Antipodes*, quorum Barbares facilis, quam ferox eorum natura toleratur.

### CIII. *Obstinatem* (1) *fugere.*

**O**MNES stulti sunt pervicaces, & omnes pervicaces sunt stulti. Quo majori er-

(1) Non est dubium, quin *obstinatio*, velut vitium, sit fugienda. Stulti est hominis opinionem suam errore plenam contra rationabiliorem & certiorem defendere. Licet contra civilitatem hæc rusticitas sit, reperitur tam

errore eorum opinio scatet, eo minus ab ea (2) recedunt. Honestum est cedere alii, in rebus rationi magis consentaneis, certioribusque; quippe nemo ignorat, ac cuius sit *ratio* partibus, videmusque præter rationem etiam civilitatem in eo positam esse. Pertinax *defensio* plus existimationi nostræ detrahit, violenta ejus erexitio sibi addit; neque enim veritas hoc modo defenditur, sed rusticitas potius ostenditur. Sunt *capita ferrea*, difficultia convinci, semperque ad extremum aliquod immedicable se conferentia, quæ cum (3) immodestia foedus perpetuum faciunt, ubi pertinacia semel *Imaginationi* eorum accessit. Sane voluntatem oportet esse *flexibilem*, non vero intellectum; quamquam ea in re *casus* excipiuntur, nempe rationis, (4) & exerce-

cu-

men sœpe, qui postquam imaginationem a pervicacia obsecram habet, tam ferrea est voluntatis, tantæque immodestiae, ut se convinci ab alio non sinat. Minister quidem voluntatis sit *flexibilis*, nisi in negotiis *rationis*, & *executionis*; in quibus non, nisi simplices cedent.

(2) Ciceroni voluntas dicitur obstinior. lib. 1. ep. 10. ad Att. & Plinio inflexibilis obstinatio. lib. 10. ep. 97.

(3) Bene Plinius; Hic animi tenor aliquando in rigorem quandam, torvitatemque naturæ duram, & inflexibilem exit. lib. 7. H. N. c. 19.

(4) Tacito Helvidius *recti pervicax* fuisse dicitur. W. Hist. S. n. 5.

cutionis, ubi non est decorum persuaderi, neque duplice ratione superari.

### CIV. Loqui, (1) & silere.

(2) **L**oqui oportunius est, quam fileare. Loqui decet velut in testamento, quod verborum (3) paucitate paucas lites excitat. Aspescendum est ejus generis sermoni *in parvis*, ne magnis de negotiis loquentes labamur. Multum ex DEI (4) natura silentium habet. Loquendo promptus semper in eo est, ut aut *vincatur*, aut *convincatur*.

### CV.

(1) Traduntur duo ab Autore, quibus Minister in primis honorem suum conservat; verba; actiones. max. 74. de illis agit max. 104. & seqq. de his max. 118. & seqq.  
 [2] *Loqui*, quia melius est, silentio præfertur. Modo oportune, verbis brevibus, in magnis negotiis continetia debita fiat. *Silere aliquando divinum*. Dicitur de lingua, quod [1] tenenda. max. 105.

(2) Oratio duplex est, vel contentionis, vel sermonis; & illa judiciis, aut concionibus, hic vero congressibus familiariam, aut conviviis tribuitur. Cic. I. Off. 37. Illius sunt præcepta, nulla vero hujus, ut Cic. ibid. putat.

(3) Sermonis principale præceptum *brevitas* debet esse ob causas multas recensitas. Card. de Arc. Prud. Civ. c. 29.

(4) Vide de hac materia Saav. Princ. Christ. Symb. 11.

*CV. Habilitatis sigillum (1) tenere  
linguam.*

**A**NIMUS sine (2) secreto, est epistola aperta. Ubi fundus, (3) ibi secreta sunt profunda; ingens enim spatiū, & capacem oportet esse abyssum, quæ conjecta omnia facile contineat. Continentia illa ex vero *sui imperio* nascitur, & verus hic est triumphus nominandus. Quot quisque hominibus se patefacit, totidem hominibus is tributa solvit. Prudentiæ securitas in moderatione interna consistit. Plagæ, quæ discretioni tenduntur, sunt *contradiccio*,

I 2 de-

(1) *Tenens linguam habilitatis sigillum* habet, quoniam prudenter se continere potest. Est enim velut fundi abyssus, commissa sibi verba continens, & neutiquam committens, ne quid inde aliis patefiat, in primis *contradicentibus*, aut *argutias jacientibus*, que homines inquietant, & ad secreta fetenda alias adigunt. Lingua [2] moderanda. max. 106.

(2) *Taciturnitas optimum, ac tutissimum rerum administrandarum est vinculum.* Val. Max. lib. 2. c. 2. Virtus optimum, qui taciturni in primis debent esse, & fidei, quippe apud quos *Silenrii Numen* colitur. Amm. Marc. I. 21. c. 26. vide Lips. III. Pol. 5. n. 14. 15. 16.

(3) Pertinet illa cautio non tantum ad publica negotia, & consilia, sed etiam ad interiorem, & familiarem principum vitam; in cuius propiora commercia admittuntur aliqui, coram quibus principes libere voluptates & lusus tractant, affectusque suos, & quæque alias celare malent, promunt. Bacler. comm. in L. A. 5. n. 2.

declarationem extortura , & *jactus argutiarum* , incendium excitaturus. Quo quidem tempore prudentis est se contine-re. Res *agendæ* non sunt dicendæ ; bonæque , dictu neutiquam bonæ sunt factæ.

*CVI. Moderationi (1) species (2) Prudentiæ (3) inest.*

**L**ingua fera est bestia , quæ difficilli-  
me rursus catenis alligatur , ubi eas  
evasit. Hic est *pulsus* , (4) unde pruden-  
tes constitutionem animæ cognoscunt ;  
indeque intelligentia hominum motus  
ani-

(1) Species est prudentiæ moderari linguam , quæ diffi-  
cillime regi potest. Hæc velut bestia est catenata ; &  
malum in iratis , qui nihil discernunt. Ex ea , velut ex  
pulsu , de animæ constitutione , & de animi motibus ju-  
dicant ; qua in re circumspecte agens , prudens est impe-  
rium habens sui , simulque se a doloribus & molestiis im-  
mune præstans. De sermone dicit , quod [1] debeat  
esse negotio aptus. max. 107.

(2) Pulcherrimum est imponere modum sermoni , ac il-  
lius impetum fistere , velut currentis equi ; nee secus eli-  
gere , de quibus dicas , & taceas , demum quæ dicas , aut  
non dicas. Quæ assequeris , si tui menineris , non obli-  
viscaris. Card. de Arcan. c. 29.

(3) Contra principem præcipitem in iram , & obscu-  
rum , qualis Domitianus fuit , Agricola prudenter moder-  
tione usus , quoque eundem ad tempus lenivit. Agr. c. 46.

(4) Saavedra huic materiæ campanam symboli loco de-  
dit , ex cuius pulsu de integritate ejus , aut vitio judicare-  
tur. Princeps Christ. Symb. 11.

animi explorat. Qua in re hoc malum est, quod minime quicquam discernant, qui tamen maxime deberent. Prudens a doloribus, & molestiis obligationum (5) se præstat immunem, simulque ostendit, quantum habeat dominium sui ; omnia enim circumspete agit, qui Iano prudentia, & Argo discretione assimilatur. Momus jure meliori dixisset, manibus oculos, quam cordi feneſtrellam deesse.

## *CVII. Negotiis sermones (1) aptare.*

**I**N loquendo multi circuitu (2) utuntur fastidioso, (3) neque unquam arcem causæ attingunt. Circulos mille, & di-

I 3

ver-

(5) Moderationem linguae in IV. commendat Saavedra ; in promissis ; in minis ; in calumniis ; & in laudibus. *Ibid. l. cit.*

(1) Cuidam rei, in qua arx negotii locata est, sermones recte aptantur. Non circuitu longo, aut circulis longis utendum, quibus Ministrum lassant homines, & patientiam, simulque tempus perdunt : Est enim in nonnullis mentis quedam confusio, ut, post multas sermonis ambages, centrum momenti obliviscantur, tantum per devia vagantes, & ex erroribus se nunquam extrahentes. Sermo [2] plenus. *max. 108.*

(2) Plus in negotiis res, quam verba prosunt. *Cic. IV. Acad. c. 1.*

(3) Bene Thucydides ; Ubi paucæ verba sufficiunt, non nati multis ; rursus pluribus uti, si tempus postulat, deere quod oportet. *de B. P. lib. 4.*

verticula (4) quærunt mille, quibus se, quibus alios laßant, nunquam ad *centrum momenti* pervenientes. Quæ quidem res ex mentis eorum *confusione* provenit, quæ se nunquam novit ex rebus extrahere. Tempus, & patientiam suam perdunt in eo, quod linquere deberent, & deinde nihil eis amplius restat ad largiendum ex eo, quod liquerunt.

### *CVIII. Loqui (1) plene. (2)*

**E**A res non tantum liberum, & solutum, sed *vivacem* etiam animum ostendit.  
Bene

(4) *Multa verba locum habent inter veros amicos, aut proximos; & quum fallere imperitos studemus; aut sapientiores nobis præoccupamus; aut verba pretio causidicis vendimus, aut lucri nostri causa aliis blandiuntur.*  
*Card. Arc. Prud. c. 61.*

(1) *Sermo plenus oprandus est, tanquam liberi & vivacis animi donum. Ut sciat, quæ loquatur homo, II. facultates habere debet, unam concipiendi, alteram exprimendi; Illa est in Intellectu, hæc vero in Voluntate; ab utrisque applausus venit. Ubi conceptus deest, ibi Confusio adest; Ubi vero Expressio abest, ibi Obscuritas adest. Sermo [3] alienus. max. 109.*

(2) *Deest interdum Principibus plenus sermo, & licet non desit, tamen magnas ob causas affectatur. Olim Tibério in rebus, quas non occuleret, seu natura, sive aſuetudine, suspensa semper & obscura verba; tunc vero nescienti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum, & ambiguum magis implicabantur. I. A. 11. 5.*

*Domitianus quo obscurior, eo irrevocabilior. Agr. c. 42. n. 6.*

Bene quidam concipiunt, male tamen concepta enuntiant; infantes enim animæ, sive cogitationes, & expressiones sine claritate in lucem non eduntur. Quidam sunt *vasis* similes, quæ quidem capacia sunt, non tamen multa continent; & contra quidam plura, quam sciunt. loquuntur. Quod in voluntate est determinatio, idem in Intellectu est expressio; quæ duæ magnæ sunt facultates. Quibus instructi animi applausum omnium habent; sæpe enim confusi suspecti; quia non intellecti fuerunt. Interdum quidem conveniens est *obscuritas*, ut se quis a vulgo distinguat, attamen quomodo alii judicabunt de auditis, ubi loquentes ipsi non concipiunt, quæ dicunt?

### CIX. *Bene* (1) *intelligere.*

**O**lim regina scientiarum ars differendi erat; præsenti vero ætati illa non sufficit, ubi ad res intelligendas opus est divinatione. Non bene intelligens

I 4 male

(1) Sermonem alienum bene intelligere prudentia est, quia plerumque difficulter intelligitur. Contra exploratores sensuum, & animi divinatione sicut opus est; ita non verba, sed mens rerum queri debet, ex qua res, quatenus sunt favorables, aut odiosæ, intelliguntur. *De mentis interpretatione* agitur max. 110.

male intelligitur. Animi enim, & sensuum sunt exploratores. Rerum, quae nobis maxime profunt, veritas tantum dimidiatur. (2) Vir prudens rerum omnium mentem ita colligat, ut in favorabili sermone *astrictiorem*, in odioso *remissiorem* fidem hominibus habeat.

**CX.** Nunquam rem alio, (1) quam par est, sensu (2) accipere.

**O**MNI rei & rectum, & obliquum inest. Res optima, contrario sensu accepta, laedit; contra res incommoda oblectat ansa ejus apprehensa. Res multæ dolorem dederunt, & voluptatem nobis attulissent, bonum earum ubi notum fuisset. Rebus omnibus & bonum, & malum inest; virique est idonei prius posse invenire. Eadem res pro di-

(2) Vide de Tiberii accusino Baccl. in comment. ad I. A. 11. n. 2. Eum intelligere, & non intelligere fuit periculosem. *ibid.*

(1) Sermoni *sensus contrarius fugiendus est*, quia mentem interpretationis laedit. Res sunt bonæ, vel malæ, pro diverso, qui inest eis, respectu; neque rem bonam in sensu contrario, neque malam in sensu contrario accipi oportet; fortunati est, rem omnem in sano sensu accipere. Sermo [4] vulgaris.

(2) Tiberius artem callebat, qua verba exponderet, tum validus sensibus, aut consulto ambiguus. XIII. A. 3. 5.

diverso intuitu diversas *facies* habet; &  
hæc est causa, quod quidam omnibus,  
quidam re nulla delectantur. Optimum  
remedium contra vices fortunæ est, ut  
omni tempore, in omnibus muneribus  
feliciter vivas, rem omnem *in sano sensu*  
*intuendi.*

CXI. (1) *Vulgariter loqui*, (2) *sapienter cogitare*.

Contra aquam qui navigat, ei accidit, ut non tantum non procedat, sed etiam in periculum incidat. Praeter Socratem (3) nemo poterat eam rem conari. Quia *contradiccio* est judicii alieni damnatio, ideo illa læsio habetur. Indignantes vero tam ob rem censam, quam ob sectatores augescunt. *Veritas* paucis est nota; falsa vero opinio reliquis in Mundo omnibus est recepta.

I 5 Prus

(1) *Sermo vulgaris amplectendus est*, velut res periculi  
expers. Ille vero sermo non *simplex*, sed quem cogi-  
tandi prudentia comitatur. *Sermo singularis hominibus*  
*contradicens*, alios lædit, & veritate ignota, non inde  
fama prudentiæ, sed contradic̄tio, & aliorum censura.  
Prudentis est libere sentire, at simul continententer filere,  
& oportune ratiocinari. max. 112.

(2) Simplex est oratio veritatis. *Sen. ep. 79.*

(3) Socrates hominum pectora fenestrata volebat esse, ut non occulti sensus essent, sed ad considerandum patarent. Vitruv. lib. 3. præf.

Prudens non judicatur ex rebus prolatis; ex voce enim communi, cui sensus ejus contrariatur, tantum mutuando loquitur. Contradictionem sibi faciendam æque evitat, atque *contradicere*. Quanto major judicio ejus censendi est cupiditas, tanto majorem, censuram non evulgandi, curam habet. Libera est *opinio*, quæ neque potest, neque debet cogit. Prudens in *sacrarium* se recipit silentii; & si sensa interdum communicat, cum paucis tamen, semperque cum prudentibus aliis communicat.

## CXII. *Perverse* (1) *ratiocinari*.

**T**unc decet uti, dum nos eo consilio alloquuntur, ut nos fallant. Cum quibusdam semper (2) contrarius est *sensus* intelligendus; affirmans est *negans*, & hic rursus *affirmans*. *Vilipendium* rei æstimationem indicat, quippe desiderans

(1) *Sensus contrarius* sermoni alieno tum est amplectendus, ubi mentem interpretationis adjuvat. Ubi enim homo *fraudulentus* *alloquens* nos ideo, ut fallat, *sensus contrarius* sermoni convenit, & secundum eum sermonem vel negantis, vel *vilipendentis*, vel laudantis interpretemur. Non vero si *cum bono homine* nobis res est. max. 110. Sermo [5] obscurus.

(2) De *Tiberio* Dio; Ille verbis usus a sententia animi alienissimis negabat, quæ interim vellet, quæque nobebat, ea amplectetur. lib. 57. in princ.

rans rem , ejus pretium apud alios imminuit. *Laudat* non semper , bene qui dicit ; quidam enim malos laudare conantur , bonos ne laudent. Qui malum neminem , idem bonum neminem inventiet.

### *CXIII. Non nimis (1) intelligi. (2)*

**P**lurimi non æstimant , quæ comprehendunt , & mirantur , quæ non intelligunt. Oportet res *preciosas* esse , ut æstimentur. Idoneus habetur , quisquis non intelligitur. Evidem semper intelligentior , & prudentior , quam opus est , videri debes ei , quocum loqueris ; non tamen ea in re excedendum , sed moderatione

tio-

(1) *Sermo quidem obscurus* potest retineri , quia mori præsentis temporis convenit. Loquitur homo vel res claras , & si debent æstimari , *preciosas* , seu sublimi judicio scriptas oportet esse ; neque plane censuræ illarum causæ sunt sublatæ : vel *obscuras* , quas licet homo non intelligat , tamen miratur , non comprehensas laudans , & laudatas ab aliis collaudans. In eis tamen moderatione etiam est utendum. *Sermo [6] simplex* , non contradicens.

(2) *Figurate* in multis sermonibus loqui necesse est , & velut pictura sua exprimere ; qui sermones si male accipiuntur , neque reprehendi ideo , neque convinci possumus : Cum quibusdam tamen etiam clare licet omnia expedire , velut cum veris amicis , cum judice , cum domesticis , & cum discessuris. *Card. Arc. Prud. Civ.*

*tione* est utendum. Et quamquam judicium magni sit inter doctos ponderis, tam  
men ejus *sublimitas* est necessaria, ut plurimis hominum proberis. (3) Omnes  
*censendi causæ* illi sunt adimendæ, mente eorum omni concipiendo occupata.  
Multi laudant, cuius rationem non redunt flagitiam; nam tanquam *myste-*  
*rium* reverentur omne, comprehensu  
quicquid est difficile, extolluntque idem,  
quod extolli audiunt.

## CXIV. *Contradicendi* (1) *animum* *non gerere.*

**N**E quis se ridendum, & intolerabilem præbeat. Non morabitur pru-  
dentia, quin contra ejusmodi animum conjuret. Evidem ingeniosi est omni-  
bus

(3) Principes dissimulanter in sermone loquentes in-  
telligi nolunt; Sub Tiberio patres, quibus unus me-  
tus, si intelligere viderentur, in lachrymas effundi. I.  
A. 11. 6.

(1) *Animus* quidem *contradicendi* est cavendus, quia  
hominem ridendum, & intolerabilem reddit. Ille enim  
est in stulto, & moroso homine, sive bestia, quæ con-  
versationis voluptates in velitationes convertit; contra  
qualem animum prudentes conjurant, ejusque morda-  
cem linguam inter se non amplius tolerant. De contra-  
dictione tria notat; quando non sit contradicenti re-  
spondendum. max. 115. quando sit alicui contradicen-  
tum, & quomodo? max. 116. quod non contradicentes  
sint tennendi. max. 117.

bus in rebus *invenire difficultates*; pertinacis tamen etiam est in stultitiam incidere. Id genus hominum conversationis voluptates in *velitationes* vertunt, indeque magis amicos suos aversantur; quam alios, qui cum eis non conflictantur. Sicut, quanto *piscis bucea* est sapidior, tanto plura officula continet, quæ dentibus se inferunt; ita similem vim contradictione in grata conversatione habet. Quippe stulti sunt, & (2) morosi contradicentes, neque tantum *animalia*, sed fera etiam *animalia*.

### CXV. Contradicenti (1) non responderemus. (2)

**D**Istinguendum, utrum *contradictio* a calliditate veniat, an rusticitate; non enim semper est obstinationis, interdum etiam artificii. Cave ergo, ne im-

(2) In primis principibus suis. *Picc. Obs. Hist. Dec. IV. c. 7.*

(1) *Ubi contradicens est*, ei non est respondendum; quia metus explorationis adest. Seu *callidus* artificio, seu *rusticus* obstinatione aduersetur, uterque cavendus est, quia insidiatur. His seram animi reclusuris *clavis moderationis* opponitur.

(2) Sub Tiberio solus ille evadebat, qui nec ignoraret ejus (*dissimilantis*) indolem, nec argueret; multam enim prorsus difficultatem habebat, sive quis *adversaretur* ejus dictis, sive *assentaretur*. *Dio. lib. 57. princ.*

*impliceris uni*, neque ab alia irretiaris. Nullus *labor* melius impenditur, quam *exploratoris*; neque melius est propugnaculum contra eos, qui seram animi sunt reclusuri, quam *clavem moderationis* intus habere.

### CXVI. Contradicere (1) nosse.

**H**Æc est præclara astutia, scienter ea utentis, non ut se, sed alios irretiat. Hæc enim torcular est unicum, quo hominum quis affectus eliciat. *Tarditas credendi* est pulvis *ingenio's*, secreta animi extrahens; clavisque seratum maxime animum aperiens. Duplex illa investigatio voluntatis, & judicii magnam dexteritatem poscit. *Contemptus ingeniosus* verbi alicuius secreti, ab alio prolati, extrudit secreta impenetrabilia, & jucunda irroratione ad vallum linguæ eadem allicit, ut ea arte irretiat. *Moderatio cavitatis*, exploratorem ad retrogressum impellit, atque ita impenetrabilem alterius cogitationem detegit. *Dubi-*

(1) *Contradicendi notitia* scienter est utendum, ut affectus hominis quis eliciat. Est enim haec astutia alios explorandi, & secreta eorum inquirendi; sit autem III. modis [1] *tarditate credendi*; [2] *contentu ingenioso* verbi secreti alieni; [3] *dubitacione affectata*, quæ clavis est scientiæ, eam doctoribus extorquendi.

*bitatio* (2) *affectata astutiæ est clavis adulterina*, qua curiositas parit sibi notitiam rerum sciendarum. Rebus in descendis discipulo solertiæ opus est, magistro suo ut contradicat, simulque officium imponeat, ut studeat clarioribus, & solidioribus rationibus veritatem explicare. Ita enim contradictione moderata præbet doctori occasionem fundamenta rerum docendi.

## CXVII. *Contra vulgum* (1) *argumentari.*

**E**Latum ea res animum indicat. Sublime ingenium sibi (2) nunquam contradicentes nihil debet æstimare; neque enim illud amoris in illum, sed amo-

(2) De *Tiberio* Tacitus; postea cognitum est, ad introspectandas procerum voluntates, *inductam dubitacionem*; non verba, vultus, in crimen detorquens recondebat. *I. A. 7. 8.*

(1) *Contra vulgum argumentatio laudanda est*, tanquam signum animi elati. Igitur quum homo nunquam contradicit, is φιλαυτίας sequens, velut adulator, a magni animi viro contemnitur. Censura enim virorum bonorum bona est, quippe qui perfectum noscunt; neque magni est pretii omnis generis hominum approbatio, quia ab imperfectis proficietur.

(2) Prudentes pertendet levitatis assentationis animorum, non officiis, sed temporibus servientium. *Cic. lib. 1. ep. 1. ad Qu.*

moris (3) sui ipsorum est signum. Caveat ab adulazione (4) se deludi ; nec alia eam re multet , quam contemptu , (5) quem meretur. Honori sibi ducat aliquorum censuram , in primis que bonos omnes , calumniantium. Doleat autem , actiones suas ab omni genere hominum approbari ; Inde enim tales non sunt , quales esse debent ; quippe perfectum a paucis hominibus observatur.

### CXVIII. Actionibus suis (1) valorem conciliare.

**N**on satis est , res in se bonas existere , fundo earum hominibus neque cogniti-

(3) *Placentinus* est , qui nihil aliud querit , quam ut iucundus esse videatur. IV. Nic. c. 12.

(4) Tacitus dicit , falsam laudem perinde cohibendam , quam malitiam , quam crudelitatem . Plura enim peccari s̄pē , dum demeremur , quam dum offendimus. XV. A. 21. 2.

(5) Artifex est ad captandos superiores adulatio ; quæ pro sua quinque portione etiam infatuat. Sen. ep. 95.

(1) Alterum , quod ministri honorem conservat , sunt actiones ; de verbis enim agit max. 118. [2] Actiones autem sunt duplices Autori vel efficaces , de quibus max. 118. vel decoræ , de quibus max. 125. [3] Actiones eas validas Autor credit , quæ desiderium sui apud homines excitant. Actiones non sufficit in se bonas esse ; neque enim noscuntur , sed creduntur tales ; sed ut tales credantur , modi sine affectatione querendi , quibus actionibus bonis valor concilietur. Modi autem illi in laudan-

gnito, neque lustrato; plurimi enim homines eunt, alios ire quia vident, neque sistunt gradum, nisi in locis, ubi maximus est concursus. Magna res est rebus suis (2) valorem (3) conciliare; aut laudando, tanquam desiderii incitamento; aut bonum rei nomen indendo, tanquam modo pulchro res extollendi. Omnis vero a facto tali affectatio abesse debet. Namus est generalis, tantum eruditis scribendi, quoniam quique se tales credunt; eisque tales qui non sunt privatio rei incitamentum erit desiderandi. Nunquam decet cogitationes suas aut communes, aut faciles habere; ita enim triviales habebuntur. Omnibus placent singularia, tanquam sensibus, & menti desiderabiliora.

## CXIX.

dando sive desiderium excitando consistunt; nomen singulare rei bonæ indendo. Ita enim eruditis etiam res tanquam singulares offeruntur. Maximæ autem de actionibus efficacibus agentes aut ad facultatem, max. 118. 119. 120. aut ad vires referuntur. max. 121. 122. 123. 124.

(2) Actiones civiles ministro convenient; sunt enim perfectæ. Virtus efficit, ut illæ sint & efficaces, & decoræ. Bacler. Inst. Pol. lib. IV. c. 11.

(3) Tria vult teneri Cicerio, ut actiones perfectæ inventantur; ut rationem ducem appetitus sequatur; ut quanta res, tanta etiam cura suscipiatur; ut in agendo modus, & decus teneantur. 1. Off. c. 39.

**CXIX.** *Exspectationem (1) aliorum tenere. (2)*

**S**ustinemus eam nova semper eidem alimenta suppeditando. *Multum*, debet plus polliceri; *actioque una magna*, ad alias maiores incitet. Non prima statim vice omnia monstrentur. Est soler-  
tiæ, vires suas & *necessitate*, & tempore metiri, & de die in diem omnia facere, exspectationi publicæ quæ quisque debet.

**CXX.** *Attente alios (1) ad agendum movere.*

**P**lurimi hominum non agunt ex eo, quod sunt, loquunturve, sed quem-  
ad-

(1) *Actiones eas [2] validas* putat Autor, quæ exspectationi aliorum satisfaciunt. Non sufficit enim solum desiderium, sed satisfactio etiam requiritur; quam facultate agendi non absunta statim prima vice alimus semper, ei post primam actiones alias, quoties tempus eas requirit, solerter proponendo.

(2) Sustiens non parvam exspectationem imitandæ industriae nostræ; quantum conniti potes, tantum fac, ut efficias, ne tibi defuisse videare; ad filium Cic. III. Off. c. 2.

(1) *Actiones eas [3] validas* putat Autor, quibus quis alios ad agendum movet. Sicut homines moventur oratione, ita seu dissuadendo a re mala deterrentur, seu persuadendo ad rem bonam moventur; non tantum rationibus, quæ magni ponderis, sed etiam affectibus moven-  
dis,

admodum ab aliis *moventur*. Nemo est, quid nequeat persuadere *malum*, quod facillime creditur, etiam dum fidem omnem superat. *Optimum* quicquid habemus, ex opinione alterius pendet. *Quidam* satis habent *rationem* videre a partibus suis, verum hæc non sufficit, sed adminicula eam *persequendi* adsint oportet. Interdum cura devinciendi alios, magni valet; & parvo emitur. *Verbis* sæpe res bonæ emuntur. In magna hac mundi caupona nulla est tam exigua *supellex*, cuius non semel quotannis indigeas; & quanticunque valeat, importunissimum tamen sit ea carere. (2) *Quilibet* ex *affectu* de re quaque proposita loquitur.

## CXXI. *Diversitate* sē (1) *hominum* metiri.

**N**ON æqualem erga omnes affectare  
K 2 opor-

dis, quos persequimur, devinciendo homines, ex *moribus* cuiusque, blandiendo in primis, ad obtainendas res magnas, minimasve, quibus egeimus.

(2) Quomodo quis seu sermone, sive epistolis persuadere debeat, docet scite *Card. Arc. Prud. Civ. c. 54.*

(1) *Vires* agendi prudenter metiri nitamur, diversitate circumstantiarum, quo honorem nostrum conservemus, & admirationem nostri augeamus. Homines non omnes sunt æquales, & quales quique sunt, talis illis scientia, talesque vires sunt monstranda; non plus, quam quæ capi

oportet habilitatem, (2) neque plus virium adhibere, occasio quam poscit. Neque *scientia*, neque *vires* debent profundi. Auceps peritus non plus cibi projicit avi, quam *necessarium* quantum est ad eam capiendam. Cave, ne omnia ostentes, itaque brevi admiratoribus careas. Tibi semper novi aliquid reserves, quo, die altero, ornatus compareas. Sua cuique diei *portio* debetur; hic enim est modus autoritatem suam tuendi, admirationemque sui augendi, quando quis *fines* habilitatis suæ nunquam ostendit.

### CXXII. *Vires suas (1) non sinere exhausturiri.*

**V**IR quidem habilis, (2) si volet ab omni capi possunt. Omnia una vice ostendens, nihilque dici alteri conservans, admirationem sui statim perdit. Nunquam *vires*, aut *fines virium* nostrarum toti sunt ostendendi. max. 122.

(2) Prudenter veteres monent, quicquid agas, agere pro viribus. Cic. Læl. c. 19.

(1) *Vires non decet exhausturiri*, quia honorem integræ conservant. Homo vel perfectus est, vel creditur talis, vel de eo, qualis sit, dubitur: posteriorum generum qui sunt homines, caveant, ne fundum *scientiæ*, aut *limites virium* suarum quis inspiciat, aut intus collustret; Mensura enim *scientiæ* ignorata plus alicui conciliat, quam alteri summæ *scientiæ* fama.

(2) Haut ullo in genere venia justior est, quam hominem genitum non *omnia humana* novisse. Plin. H. N. lib. 3. proem.

omnibus hominibus honorari (3) caveat, (4) ne *fundus scientiae*, *solertiæque ejus* exploretur. *Nosci* se finat, non tamen comprehendendi. Nemoque ei adeo prævaleat, ut *limites habilitatis ejus* inventiat, aut intelligat. Sibi quidem adeo provideat, ut ne quis *intus eum* plane perlustret. Homini; cuius mensura mentis ignoratur, *opinio*, & *dubitatio* plus *venerationis conciliant*, quam plena cognitio hominis perfectissimi conciliare posset.

### CXXIII. (1) *Parsimonia* (2) *ad omnia utilis.*

**H**Æc est *via*, quæ magni momenti negotia prosperat. Non omnis uno tempore habilitas est adhibenda, neque omnes etiam vires ostendendæ. Deco-

K 3 rum

(3) Quicunque sunt habiti *sapientissimi* mortalium, multa scisse dicuntur, non omnia. *Colum. lib. 12. c. 57.*

(4) Qui tales non sunt, eis *occultare* inscitiam satius est, quam indicare. *Stob. sent. 3.*

(1) *Parsimonia virium nostrarum* habenda est, quia ad omnia vitæ negotia magnam utilitatem confert. In *pace* enim prudens scientiæ suæ moderatur, ut restet semper, ad quod provocet; In *bello* vero suppetiæ ipsæ toto exercitu sunt validiores, quia fortiores. Igitur prudentiæ & civilis & militaris est sibi aliquid reliquum servare; negotia enim sua prosperat, quum reservatum validius sit re tota, quam antea habuit.

(2) *Seneca* dicit seram in fundo *parsimoniam* esse. *ep. 1.*

rum est etiam in *scientia* sibi moderari; hoc enim pretium eruditionis duplicat. Semper restet tibi oportet, ad quod *pro-  
voce*, ubi quæritur de lite finienda. *Su-  
petiae* prælio ipso sunt efficaciores, quo-  
niam semper eas fortitudinis fama comi-  
tatur. Gressu semper tutissimo pruden-  
tia incedit. Et in hoc sensu verum  
est *paradoxum* ingeniosum; *dimidium ma-  
jus esse toto*.

### CXXIV. *Potius nunquam (1) defice- re, quam centies (2) bene ferire.*

**S**olem lucentem (3) nemo intuetur;  
*defectionem* vero ejus quilibet conside-  
rat. Tibi plebs non numerabit ictus be-  
ne

(1) *Evitandum magis dicit*, ut semel Minister defi-  
ciat, quam centies bene feriat. Malis enim sunt plures in  
principatu, quam boni, & illi velut ignoti ante infau-  
stam actionem, inadvertia impulsi, hanc, velut defectio-  
nem in Sole, notant, priorum, multarumque actionum  
lucem non curantes.

(2) *Alia conditio est eorum*, qui *in turba latent*, quo-  
rum & virtutes ut appareant diu luctantur, & vitia tene-  
bras habent; *Magnorum facta*, dictaque rumor excipit.  
*Sen. lib. 1. de Clem. c. 8.*

(3) *Magnis non magis*, quam *Soli latere contigit*;  
multa contra illos *lux est*, omnium in istam conversi *oculi*  
sunt. Loqui non possunt, nisi ut vocem illorum, quæ  
ubique sunt, gentes excipient. *Id. ibid.*

ne ferientes , sed tantum deficientes. (4) Mali murmure suo , quam boni applau-  
su sunt nobiliores ; & multi non nisi  
post peccatum , noscuntur. Omnes ,  
quotquot sunt , casus fausti , ne unicum  
quidem *infaustum* potuerunt delere. Hoc  
ergo errore te libera , credeque pro cer-  
to , bonarum tuarum actionum nullam ,  
*malas* vero omnes ab *Invidentia* esse no-  
tandas.

### CXXV. Res , ♂ (1) modus.

**S**Ola res (2) non sufficit , sed circum-  
stantiae etiam ei adsint oportet. *Mo-*  
*duis indecens* omnia corrumpit ; & vel ju-

K 4

sti-

(4) Olim Augusto ; Tuum est non modo nihil injuste  
agere , sed ne *videri* quidem agere ; Privato sufficit non  
peccare ; Principi convenit emitte , ut a culpa etiam homi-  
num *opinione* absit. *Dio lib. 55.*

(1) Progreditur ad *actiones decoras* Autor , nam de effi-  
caciis egit max. 118. [2] *Actionem decora est obe-*  
*unda* , quia hominum animos occupat. *Modus* est cir-  
cumstantia rei , cuius valde interest , utrum *indecens* , an  
*decorus*? Quod discrimen appetit in *actionibus justitiæ* ,  
*virtutum moralium* , *actionum reliquarum* , quibus vel  
denegare , vel falsa dicere cogimur. *Actiones autem de-*  
*coræ* certam normam , max. 126. *modum agendi* , max.  
128. *speciem* , max. 130. *ordinem* , max. 133. *tempus* ,  
max. 137. & *res respicunt* , max. 139.

(2) Non semper in *facto* quidem laus est , sed in eo  
quemadmodum fiat. *Sen. ep. 95.* Nam in omni negotio  
non minima portio est , *quomodo* quidque aut dicatur , aut  
fiat. *Sen. II. de Ben. c. 6.*

stitiam, rationemque ipsam deformat. *Decens* contra modus (3) defectum omnium rerum supplet; Ille denegationem inaurat; ille in veritate jucundum efficit, quod amarum; ille senectuti rugas adimit. Rebus in omnibus momentum ingens est, quomodo res fiat. Modus *ingenuus* animos hominum incitat, virtæque omni ornatum conciliat.

### CXXVI. Semper se (1) ipsum vere- ri. (2)

**O**Portet *talem* esse, ne quid sit, quod pudorem præsenti injiciat. Actionum suarum non aliam regulam (3) præter

(3) Pertinet *huc decorum*, quod etiam tradendum est; Cujus ea vis est, ut ab honesto non queat separari. Nam quod decet honestum est, & quod honestum est, decet. *I. Off. c. 27.* *Duplex autem est Decorum*, propter rem Honestatis totuplicem: aut enim in omni virtute cernitur, aut in singulis virtutibus; inde decorum aut generale, aut aliud ei subiectum, sive speciale. *Id. ibid.*

(1) Observat *decorum*, quisquis se ipsum veretur, talisve est, ut nunquam eum sui pudeat. Habet enim actionum suarum regulam *conscientiam*, quæ, quia severa vult, eum abstinere ab actionibus malis, neque alias Philosophi ad *talem* vitam præceptis indigere.

(2) Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. *Sen. ep. 98.* non Tiberium *VI. A. 6.* Neque Neronem. *Sueton. in vit. c. 46.* neque Caligulam. *Sueton. in vit. c. 50.* & *51.* neque Domitianum. *Sueton. in vit. c. 14.*

(3) Bene *Seneca*, nihil, inquit, opinionis, omnia conscientiæ causa agam. *de vit. beat. c. 20.*

ter conscientiam habeat. Homo bonus severitati suæ plus, quam præceptis omnibus obligatur. Abstinet actionibus indecoris, metu potius modestiæ suæ, quam Autoritatis superioris rigorosæ. Quisquis veretur se ipsum, præceptis Senecæ imaginariis ille opus non habet.

## CXXVII. Omnia (1) tanquam coram testibus (2) agere.

Dignus est considerari, quisquis considerat, homines in se aut intuentes; aut intuituros. Scit auscultare parietes, malasque per eos actiones perpetras potius, quam in eisdem mansuras esse. Quin solus quum est, etiam omnia in omnium quasi oculis agit, quia nō ignorat, nihil postea ignoratum iri. Intuentur tanquā testes præsentes eos, qui patefactis actionibus postea testes erunt. Quidam

K 5 olim

(1) Homo coram testibus omnia agens non peccat, quia conscientiam veretur. Vir enim bonus credens, homines illum observare, vel in occulto solus nihil mali agit, temtem conscientiam verens plus, quam homines alios.

(2) Locus aureus est Ciceronis; In omni, inquit, deliberatione, celandi, & occultandi spes, opinioque est removenda. Satis enim nobis (si modo in Philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omnes Deos, hominesque celare possemus, nihil tamen avare, nihil inuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

III. Off. c. 8.

olim non metuebat, (3) ne vicini actiones suas domesticas notarent, quia *videri* ab omnibus desiderabat.

### CXXVIII. *Moderationem* (1) adhibere.

**H**abeamus rationem *actionum nostrorum*, (2) & in primis in casibus improvisis. Quot sunt *affectuum* impetus, totidem sunt gressus lubrici; quibus cespitat prudentia; Inde enim periculum est pereundi. Uno aut *furoris*, aut *voluptatis* momento in majus se periculum homo, quam multis animi liberi horis conjicit. Interdum *iracunda* commissa aliqua actio, vitæ omnis comitem habet pœnitentiam. Struit Prudentiae malitia

(3) *Livius Drusus* olim ad architectum; Tu vero, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut, quicquid agam, ab omnibus perspici possit. *Vell.* lib. 2. c. 14.

(1) *Moderationem* adhibens sapienter agit, quia in periculo sibi providet. In actionibus improvisis, ab affectibus & voluptatis & doloris homini saepe periculum impendet aut pereundi, aut pœnitendi: Itidem ab aliis hominibus, qui secretis animi insidiantur; quorum huic periculo continentia, illi vero providentia, aut moderatione occurrimus.

(2) *Decorum* illud in omnibus factis & dictis, in corporis motu, & statu cernitur, idque positum est in tribus, formositate, ordine, & ornatu ad actionem apto. *I. Off. c. 35.*

tia aliena *insidias*, ut occulta detegat. Genere enim tali *quaestiorum* utitur, ut secretum ex animo profundissimo extra-hat. Et tunc quidem opus est, ut continentia ei *vallum* objiciat circa tempus illud periculosum. (3) Interim vero *providentia* est necessaria, quæ affectum impedit, ne exorbitet. *Affectum* enim Prudens habenis regit. *Discrimen* qui-cunque noscit, numeratis ille passibus incedit. Verbum unum recolligenti, ponderantique æque durum, atque leve idem loquenti videtur esse.

### CXXIX. *Turbante affectu* (1) *nunquam agere.*

**A**LIAS enim omnia corrumpuntur. *S*ecum

(3) Prudenter *Cicero* vult, hominem observare non tantum, quæ dignitatem corporis, sed etiam multo magis, quæ pulchritudinem animi conservant. Elaborandum enim, inquit, multo magis, ne animi motus a natura recedant, quod assequemur, si cavebimus, ne in perturbationes, atque examinationes incidamus; & si attentos animos ad decori conservationem tenebimus.  
I. Off. c. 36.

(1) *Affectu turbante nihil agendum*, quia omnia in homine corrumpit. Ubi enim affectus furit, & ratio abeat, nullum est in homine judicium; Et tum turbationi moderatio necessaria, ne maiorem aut querendi, aut pœnitendi homini affectus causam præbeat.

*cum* qui non (2) est , ille caveat , ne quid ipse faciat , affectu rationem relegante ; substituat vero prudentem *arbitrum* , qui vacuus affectu , talis erit. Qui vident ludere alios , illi tanquam affectibus liberi *insoribus* ipsis melius judicabunt. Ubi turbantur animi , (3) ibi *moderatio* receptui canat , ne bilis adhuc vehementius moveatur ; motu enim violentiori quædam *furoris* momenta longæ pœnitentiæ , magnæque nobis quæclæ causam pararent.

### CXXX. Res (1) & species.

**N**on habentur res pro eo , quod (2) sunt , sed pro eo , quod videntur.

Pau-

(2) Bene *Cicero* ; Ratio , inquit , præsit , appetitus vero obtemperet. Omnis actio vacare debet temeritate & negligentia ; nec vero agere quidquam , cuius non possis causam reddere. Efficiendum autem est , ut appetitus rationi obedient , eamque neque præcurrant , neque propter pigritiam , aut ingnaviam deserant ; sintque tranquilli , atque omni perturbatione animi careant. *I. Off. c. 29.*

(3) Ex hoc reucebit omnis constantia , omnisque moderatio. *id. ibid. max. 128.*

(1) *Res & species* non debent separari , quia merito conjunguntur. Aetio hominis sit bona interna , seu bonum habeat finem ; externe autem bonam speciem ; homines non internam bonitatem , sed tantum externam actionis speciem considerant.

(2) Omnes actiones totius vitæ *bonesti ac turpis* respectu temperantur ; ad hæc faciendi , & non faciendi ratio dirigatur. *Sen. ep. 77.*

*Pauci interna penetrant, omnesque fere specie sola sunt contenti.* Non satis est homini bonam habere intentionem, si maligna actionem (3) species deformat. (4)

### CXXXI. *Facere (1) & videri.*

**R**es non habentur pro eo, quod sunt, sed pro eo, (2) quod videntur. *Nosse facere, & nosse monstrare (facta,)* est dupliciter nosse. Quod non vides, est, tanquam non esset. *Ratio ipsa autoritatem suam amittit, quando illa talis non videtur.* Homines plures sunt decepti, quam sunt habiles. *Fraudes enim manifesto triumphant, quoniam*

(3) *Caveamus, ut, quæ pertinent ad liberalem speciem, moderata sint; modus autem est optimus decus ipsum tenere, nec progredi longius.* I. Off. c. 39.

(4) *Idem bene; sin aliquando, inquit, necessitas nos ad ea detrusorit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibeat diligentia, ut ea si non decore, at quam minimum indecora facere possimus.* I. Off. c. 31.

(1) *Facere & videri itidem non separantur, quia conjunguntur.* Non sufficit res esse, sed simul videri; neque agere hominem, sed etiam acta monstrare. *Rationem imperium & autoritatem oportet habere.* Homines rerum internam & externam bonitatem nosse. Valet in hominibus *virtus* interna, quæque externum decus habet.

(2) *Non semper in facto quidem laus, sed in eo est, quemadmodum fiat.* Sen. ep. 95. *Alibi; in omni negotio non minima portio est, quomodo quidque aut dicatur, aut fiat.* I. 2. de Ben. c. 6.

niam res tantum extrinsecus aspiciuntur.  
**R**es multæ, quam sunt, aliæ videntur.  
**V**irtutis internæ optima commendatio  
 est *decus externum*.

**CXXXII.** *Rem (1) imperfectam (2)  
 nunquam ostendere.*

**S**icut omni initio aliquid deest, ita nunquam imaginatio primum rei conceptum linquit. Operis adhuc infecti visi recordatio nos impedit, ne idem, etiam cum perfectum fuerit, pulchrum esse credamus. Evidem re magna subito qui fruitur, de qualibet ejus parte quo minus judicet, impeditur; attamen voluptas illa est, quæ omnem rei imaginationem implet. Quicquid est *omne*, illud *nihil* antea fuit; & quando res incipit esse, illa in *nihilo* satis adhuc versatur. *Apparatus* cibi vel exquisitissimi, sui potius fastidium, quam cupidinem

EX-

(1) *Res imperfecta ideo non est ostendenda*, quia semper ei aliquid videtur deesse. Quale initio imaginationi videtur opus, tale postea videbitur. Res perfecta omnia superat, imperfecta nihil est, quia incipit esse. Illa subito visui oblata non potest exacte illustrari; at si tempus suspetit eam lustrandi, imaginationi omni satisfacit. Imperfecta parit fastidium sui, & talis non debet monstrari sicut a natura non fœtus, sed homo editur.

(2) Cui quid accedere potest, illud est imperfectum.  
*Sen. ep. 92.*

excitat. Ita caveat vir quilibet habilis, opera ne sua imperfecta monstret; discat a Natura, non ante *fætum* in lucem edere, quam statum suum attigerit.

**CXXXIII. In vita (1) inæquabilitatem, & (2) disordinem cavere.**

**V**ir prudens nunquam in eum errorem incidat, neque sponte, neque affectione. Respectu virtutis semper est *idem*; id quod sani est signum judicii. Si vero mentem nonnunquam (3) mutat, ideo eam mutat, quia occasiones, & negotia mutantur. Omnis inæqualitas  
Pru-

(1) *Æquabilitas & ordo vitæ tuendi sunt*, quia rationi cooveniunt. Vir prudens semper est *idem*, neque vitam suam mutat, neque aliorum de se conceptam opinionem fallit. Mentem quidem interdum mutat, quia occasio & necessitas mutationem monent; alii vero non tantum mentem, sed voluntatem etiam, & mores sine necessitate, quotidie mutant; tam illi æquibilitatem & ordinem vitæ oderunt.

(2) Si quicquam est decorum, nihil est profecto magis quam *æquabilitas* rum universæ vitæ, tum singularum actiōnum; quam ut conserves, tuam naturam imitari debes. Naturarum differentia tantam habet vim, ut mortem sibi ipsi aliis conciscere, alius in eadem causa non deberet.  
*I. Off. c. 31.*

(3) Vitium est hæc ipsa diversitas, & signum vacillantis animi. *Sen. ep. 20.* Maximum indicium est malæ mentis fluctuatio. *Sen. ep. 120.* Fœda est hominum levitas, quotidie nova vitæ fundamenta ponentium, novas spes euam in exitu inchoantium. *Sen. ep. 9. max. 134.*

Prudentiæ est indecora. Sunt, qui sponte diebus singulis mutantur, (4) & ut intellectus, ita multo magis voluntas, moresque mutantur. Heri quod affirmantibus placebat, hodie negantibus displicet. Quoniam nunquam sunt iidem, vitam suam, opinionemque de se conceptam falsitatis arguunt.

#### CXXXIV. Non se hominem (1) monstrare.

**D**Esinimus quempiam (2) divinum (3) putare, simulatque eundem multum habere, ex natura humana (4) depre-

(4) Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dicit esse. Cic. lib. 16. ep. 7. ad Att. Non enim est inconstantis, sententia in tanquam aliquod navigium, atque cursum ex reip. tempestate moderari. Cic. pro Planc. Atque hæc de sapientissimis viris literæ tradiderunt, non semper easdem sententias ab iisdem defendi, sed quaecunque reip. Status, inclinatio temporum, & ratio concordia postularent. Id. ibid. Inde non est turpe, cum re consilium mutare. Sen. IV. de Ben. c. 34.

(1) Vitium se hominem monstrandi fugiendum dicit, tanquam existimationem valde imminuens. Levitas humanae naturæ, gravitati, tanquam rei divinæ contraria, ob mentis inconstantiam in quolibet homine valde perstringitur.

(2) Primum argumentum compositione mentis est, posse consistere & secum morari. Sen. ep. 2.

(3) Magnum est, & summum, Deoque vicinum, non concuti. Id. de Tranq. c. 2.

(4) Principes initii principatus virtutes in vita mutantes quantum sibi dedecus addant, vide Saav. Princ. Christ. Symb. ib.

prehendimus. *Levitatem existimationi quam maxime opponitur.* Homo gravis sicut major homine habetur, ita homo levis minor homine putatur. Nullum vitium existimationem tam minuit, quam levitas, gravitati quoniam e regione opponitur. Homo levis non potest esse *propositi tenax*, in primis provectæ ætatis, cuius tempus majorem prudentiam exigit. Et licet hoc vitium sit *commune*, in quolibet homine mirabiliter *perstringitur*.

### CXXXV. Non confestim (1) ad credendum (2) induci.

**Q**uidam primam narrationem stulte adeo domum ducunt, ut sequentes aliæ tantum pellicum locum occupent. Sicut vero *mendacium* semper gradu antecedit, ita veritas nihil amplius loci inveniet. Mens, & voluntas hominis nunquam debent aut a prima narratione, aut

(1) *Prima narrationi credere vitium est fugiendum*, tanquam obstinationi proximum. *Mendacio enim mentis inops credit*, & *maliziam* mentientium homo infirmus admittit, & *revisionem*, narrationemque posteriorem inhabilis homo respuit.

(2) *Credulitas error est magis*, quam culpa, & in optimi cuiusque mentem facilissime irrexit. Cic. X. ep. 23. ad f.

aut a re prima occupari. Hoc enim mentis est *inopiae* argumentum. Nonnulli sunt *olleæ recenti* similes, quæ primo semper liquoris infusi odore seu bono, seu malo imbuitur. Neque eum deinde odorem amittit. Quamquam hæc *infirmitas* ubi innotescit, (3) perniciosa est, quia malitiæ artibus fundamentum supponit. In quibus mala mens est, ii festinant primum *credulitati* odorem inde-re. Igitur spatum aliquod *revisioni* vacuum linquatur. Servet alteram partem adversæ aurem Alexander; & alteri, *ultimæve narrationi* portam apertam relinquit. Viri non *habilis* signum est, vitiumque *obstinationi* proximum, primæ tantum narrationi velle inhærere.

### CXXXVI. Non ad (1) *ultimum abire.*

**S**unt quidam *ultimæ narrationi* credentes. Quum semper ad extremum aliquod immodestia propendeat, animus quorundam, voluntasque ex *cera* sunt confecti,

(3) Viros magnos saepe infestat hoc malum; & *Cicero* ipse queritur; iis credidi, inquit, à quibus nefas putaram esse me decipi. lib. 1. ep. 4. ad *Qu. fr.*

(1) *Ultimæ narrationi male creditur*, quia levitatis illud vitium habetur. Sunt homines qui voluntate & iudicio velut infantes claudicant, & immodestia ad extre-mum ptopendentes jactati a prima narratione ad ultimam se conferunt.

fecti , quibus ultimus narrator *sigillum* imprimit , & priora omnia sigilla delet. Homines illi nunquam nobis accedunt, quia (2) eadem semper facilitate recedunt; quorumlibet quum præjudiciis pateant, nunquam intima sunt amicitia digni; omni vitæ suæ tempore sunt *infantes*, & tanquam tales hinc inde fluxu, refluxuque opinionum suarum , & affectuum jactantur. Modo hinc, modo inde jactari voluntate sua , & judicio semper claudicant.

### CXXXVII. *Initio, non (1) fine rerum sua prudenter agere.*

**P**RUDENS, & stultus rem *eandem* faciunt, hoc tamen discrimine , ut ille opportune , hic importune (2) agat. Quicunque

L 2 que

(2) Bene *Livius* querit : quid illo facies , quid aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius , vanus hostis? lib. 24. c. 45.

(1) *Homo initio rerum bene agit*, quia res suas prudenter agit. Prudens enim *sportune* res suas, non vero ut stultus, *mente recta*, non perversa , *ordine recto*, non præpostero , modo decoro , consensu hominum , non vi res suas agit.

(2) Cicero *modestiam* dicit scientiam carum rerum, quæ agentur , aut dicentur , loco suo collocandorum : Videri autem , eandem vim ordinis , & collocationis fore. *Ordinem* autem compositionem rerum aptis & accommodatis locis : *locum* autem actionis oportunitatem temporis esse :

Tem-

que ab initio perversum habet *intellectum*, omni vitæ suæ tempore talem habebit. Attrahit pedibus, quæcunque gestare in capite deberet, & ex dextero facit sistrum, moribus suis semper Scævolam agens. Tandem vero accidit hujus generis hominibus, ut vi agant, quæ volentes agere potuissent; prudentes moribus horum aduersi, videntes statim, quid præoccupatione, quid comodo tempore faciendum sit, negotium ex animi sententia conficiunt.

### CXXXVIII. Occasioni (1) servire.

**S**eu actionem, (2) seu sermonem, si cut alia omnia homines *tempore* metiuntur. Velle decet, quando potes; neque enim oportunitas aut tempus hominem exspectant. Ne dirige vitam tuam ad normam *præceptorum generalium*, nisi

*Tempus autem occasionis oportunam occasionem. Ut inde modestia sit scientia oportunitatis idoneorum ad agendum temporum.* I. Off. c. 40.

(1) *Tempori est serviendum*, quoniam hominis res omnes dirigit. Extra præcepta morum, quæ hominis intellectum regunt, tempus hominis voluntatem, verba, actiones regit; & homo acutæ prudentiæ tenet, quisquis omnia sua ad tempus studet conformare.

(2) *Talis ordo actionum est adhibendus*, ut, quemadmodum in *oratione* constanti, sic *in vita* omnia sint apta, & convenientia. Turpe est enim, valdeque vitiosum, in severa re convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. I. Off. c. 40.

nisi in actionibus virtutum ; neque veras voluntati tuæ leges præscribe , quippe hodie quam temnis , aquam cras bibere cogeris. Immodestia quorundam tam est ab usu remota , ut polcere audeat , circumstantias rei ( quibus ipsi conformari deberent ) suæ sc. infaniæ conformare. Prudentem non latet , acum Prudentiæ in eo consistere , ut temporis serviat.

### CXXXIX. Necessaria (1) ad vitam (2) duplicare.

**E**st dupliciter vivere : Non ad unicam rem , vel excellentissimam , nos redigi patiamur. Duplicanda sunt omnia , & in primis quæ sunt utilitatis , aut jucunditatis. Voluntas humana fragilissima Luna inconstantissima adhuc est inconstantior. Ut ergo inconstantiae tuæ re-

L 3 pa-

(1) *Duplicatio rerum ad vitam necessariarum omitti non debet , quia vitam humanam prosperat. Instrumenta vel sunt utilitatis , vel commoditatis , vel jucunditatis ; quæ omnia , ad exemplum Naturæ , arte sunt duplicanda , ne rem unicam habens , inconstantia animi illam alienante , vitam deinde improsperam ducas.*

(2) *Quum ad vitam hominum tuendam quæ pertinent , naturæ alia sint , alia artis , pleraque sunt hominum effecta operis , ut ea homines non haberent , nisi ars accessisset , neque his sine prudenti administratione uterentur. Inde autem effectum est , ut vita civilis esset munitor , & homines in ea nulla re egerent. Cic. II. Off. c. 34.*

pagulum ponas, ab arte vivendi hanc principem regulam disce, ad commoditatem spectantia omnia ut habeas duplicita. Sicut Natura membra maxime necessaria nobis duplicavit, quæ periculo in primis sunt obnoxia; ita Ars similiter res dupliceret, ex quibus pendet vivendi humana felicitas.

#### CXL. *Multa jucunda, (1) non (2) tanquam propria, (3) possidere.*

**A**lieno (4) amplius, quam nostro frui-  
mur.

(1) *Virtutum actiones putas decras Balthasar*, quia secundum certas circumstantias fiunt. [2] *Liberalitatis ramen etiam tales esse*, quoniam sunt virtutis; de qua Maximas II. reliquit: [3] *Tempus vita a Ministro non tanquam proprium possidetur*, quippe alieno tantum usui inservit. Non creditur nostrum, quo alii plus, quam suo, fuuntur. Tempore autem vitae Ministri subditi tantum fuuntur, & omnes illius dies, præterquam Solis, ad subditorum salutem pertinent. In se quidem vita talis, tanquam onerosa, non videtur experenda, quia principatus, tanquam rei alienæ conservationi, intenta; quia maximi Ministri labores & solicitudines gratia hominum non pensantur.

(2) Equidein facilior, & tutior est vita otiosorum; at fructuosis est hominum generi, & ad claritatem, amplitudinemque aptior eorum, qui se ad rem publicam, & ad res imaginas gerendas accommodaverunt. Cic. I. Off. c. 21.

(3) Proprium est munus *Magistratus intelligere*, se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem, & decus sustinere, servare leges, jura describere, ea fidei sua commissa meminisse. I. Off. c. 34.

(4) *Multa ei se doctus confitetur debere*, cuius admini-

mur. Primus *dies Domini*, & omnes reliqui sunt (5) extraneorum. *Alieno* dupliciter fruimur, nempe non solum sine metu amissionis, sed etiam cum voluptate novitatis. Omnia ut meliora inveniamus *privatio* efficit. Aqua fontis alieni æque dulcis est atque nectar. *Præterquam possessio*, fruendi voluptatem minuit, ille auget etiam dolorem, seu gratificando, sive denegando; & alienæ tantum est rei conservandæ; & præterea numerus (6) ingratorum, quam gratorum, semper major existit.

**CXL.** *In benefaciendo* (1) *parum*,  
(2) *at sæpe* (3) *tribuere*.

**V**Iribus nunquam major debet esse ob-  
L 4 ligati-

stratione, ac providentia contigit illi *pingue otium*, & *arbitrium* sui temporis, & imperturbata publicis occupationibus quies. *Sen. ep. 73.*

(5) *Facis beneficium ad omnes pertinet*, & altius ad eos pervenit, qui illa bene utuntur. *ibid.*

(6) *Plato Titanum e genere statuit eos*, qui ut illi cœlestibus, sic hi adversantur Magistratibus. *Cic. III.de LL.*

(1) *Tribui* debet hominibus *res parva*, & *sæpe*, quia ita res tributa maximi aestimatur. *Liberalitatis* est largiri rem parvam, desideratam, sæpe iterandam. Ita largiens sibi non nocet, amicum retinet, in posterum sibi semper devincit. *Nimium enim rei nocet familiaris*, & *amicos ipsos a nobis alienat*.

(2) *Liberalitatis ratiæ duplex est*; aut *opera benigne fit* indigentibus, aut *pecunia*; hæc est facilior, illa est splendidior, & viro forti dignior. *II. Off. c. 15.*

(3) *Habet liberalitas finum faciem*, non perfora-

ligatio. *Multum* qui dat, non dat, sed vendit. Hominem memorem non oportet *nimiris* onerari; quippe parem quicunque non potest reddere voluntatem, amicitiae se subtrahet. Amicos multos perditurus, nimiis eos beneficiis obliget; his enim mutuo quia non respondent, recedunt, & *inimici* ex obligatis fiunt. Nunquam vellet *statua* artificem suum, aut cliens Patronum suum videre. Largiendi haec est optima ratio, qua efficitur, ut parvi quidem res constet, attamen ardenti desiderio *flagitata*, tributaque eo majoris aestimetur.

### CXLII. *Affectionis* (1) *pretio* (2) *res vendere.*

**H**Oc modo nobis homines amplius (3)  
tum, ex quo multa excant, nihil excidat. *Sen. lib. 1.*  
*de Ben. c. 4.*

Ex frugalitate, tanquam *ex fonte*, liberalitas decurrit; quæ tamen ita temperanda est, ne nimia profusione marcescat. *Plin. lib. 2. ep. 4.*

(1) *Quæratur a Ministro modus largiendi*, sed talis, quo homines sibi amplius obligat. Viris generosis, & bonis, non vero malis est usitatus hic modus, ut civilitate seu animo generoso hominibus largiantur, & obligationem alienam augeant. Hoc est pretium affectionis: Ita enim largiens non tantum revera largitur, sed generose etiam, quod duplex est actionis pretium, indeque bis largiri.

(2) Bene *Seneca*; non quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente. Beneficium in ipso dantis aut facientis

(3) obligamus. *Avari* petitio nunquam exæquabit gratiam, quæ largiri animo generoso obligatur. *Affectio* non dat, sed devincit, & civilitas (4) obligationem auget. Nihil unquam antiquius est homini bono, quam quod ei generose donatum; id enim est bis, & dupli*c* pretio, & veritatis, & affectionis venditum. Quamquam non est *Generositas* mera ex usu malorum, (5) quia decori naturam non intelligunt.

### CXLIII. Meritum gratia (1) antevenire.

**M**aximæ est Politicorum solertiæ. Lapis est Lydius viri boni beneficium,

L 5 me-

animo consistit. Animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna, & in pretio habita dishonestat. Ab animo forma rebus datur. *lib. 1. de Ben. c. 6.*

(3) Duo enim sunt maxime probabiles liberalitatis fontes; Verum judicium, & honesta benevolentia. *Val. Max. lib. 4. c. 8.*

(4) Placet is, qui benignitatem per se gratam comitate adjuvat. *Liv. lib. 9. c. 24.*

(5) Huc spectat *Vitellii* inconsulta liberalitas, qua Latium externis diligiri, & tribura dimittere visus; & nulla in posterum cura, lacerare imperium. *III. Hist. 55. 3. 4.*

(1) Studeat Minister meritum gratia antevenire; nam subtilis ea est regula liberalitatis. Est enim hic modus plane subtilis obligationem immutandi. At homines aut sunt mali, quibus merces honoris ante beneficium solvit;

meritum, *antecedens*. Beneficium *acceptum* duabus laudibus insignitur, nempe prompti animi accipientis, qui que eo nomine danti obligatur; & puræ gratiæ, (2) qua præcedente bonum fit, quod debitum deinde foret. Qui modus subtilis est *obligationes transformandi*, quo mercedem meritus ad (3) remunerandum obligatur. Ast statuendum est, viros hos esse bonos; (4) quippe in aliis habenæ potius forent, quam calcar, honoris illis mercedem ante merita solvendi.

#### *CXLIV. Scire (1) obligare.*

**Q**uidam tam scite gratiam transformant, ut quum eam accipient, facere

vitur; itaque ad inserviendum aliis quasi trahuntur; vel *boni*, qui prompto animo rem donatam accipientes, ante meritum, ut gratiam beneficium antecesserit, donec (non debito) ad remunerandum obligantur.

(2) Dicitur *gratus*, qui bono animo accepit beneficium, quod debet. *Sen. lib. 4. de Ben. c. 21.*

(3) Ia rem inestimabilem consecutus es *conscientiam grati*; quæ nisi in animum divinum, fortunatumque non pervenit. *id. ibid.*

(4) Male agit, qui *famæ*, non conscientiæ gratus est. *id. ibid.*

(1) Sunt cavendi quidam scientes obligare, quoniam arte singulari liberalitatis naturam invertunt. Sunt *afstuti* quidam, qui desiderantes rem alienam, laudantes eam, honori magno donatori donationem fore singentes solerter eam extorquent. Sunt autem hi homines *mercatores*

cere videantur. Nonnulli tam sunt ingeniosi, ut petendo honorent, sive utilitatem suam in alterius honorem convertant. Res suas illi talem in modum exornant, ut diceres, donatores non nisi officio suo fungi; adeo illi (2) arte singulari ordinem sciunt obligationum pervertere. Minimum illi dubitationem rebus inferunt, uter eorum obliget? Res optimas magna laude emunt; quandoque rei alicujus desiderium ostendunt, eandem largiri donatores sibi honori ducunt; quippe pignorantur civilitatem, faciendo debitum ex eo, quod gratæ mentis causa deberet esse. Sane homines illi, meliores Politici, quam Grammatici obligationem mutant in actionem. Quæ quidem res magnæ est solertiæ; at tamen longe majoris foret (artem illam) cognoscere, simulque irritam reddere mercatoris stultitiam, illi civilitatem, utrisque vero suum restituendo.

## CXLV.

tores, mercem laude cimentes; ingeniosique, quasi petendo honorantes; arte raimen fallentes, gratiæ in debitum, obligatione in actionem mutata. At hæc actio debet rescindi, & cuique suum reddi, decepto stultitia, decipienti vero civilitas.

(2) Otto III. Episcopatum Spirensim multis privilegiis cumulavit, quoniam, ut ipse fatetur, procul dubio ad presentis vitæ statum & æternæ beatitudinis præmia sibi id profuturum credidit capessenda.

*CXLV, Non obligari, (1) neque  
varii (2) generis hominibus. (3)*

**A**lias publicam te in servitutem dares. Alii aliis nati sunt fortunatores; quidam ut dent beneficium, quidam ut illud accipient; *Libertas* omni est dono pretiosior, & quicunque donum accipit, illam amittit. Præstat ex nobis alios pendere, quam nos ex uno pendere Majestati non aliud ullum, quam beneficiandi sæpius commodum inest. Interim cave in primis, ne obligationem ullam in locum *beneficii* ducas; credeque, sæpius homines occasionem quæsituros esse, te potius obligandi, quam ad agendum inducendi.

### *CXLVI.*

(1) *Caveat Minister a varii generis hominibus obligari;* quippe nimis est illud onerosum. Sunt homines, qui Ministero beneficiantur, tantum ut eum sibi obligatum habeant: Hic vero servus est publicus, ab aliis beneficia accipiens; hac enim re libertatem amittit; Potestatis prærogativam sibi eripit, quia ex subditis vult pendere; sæpe enim subditis benefacere convenit superiori, qui talis non manet, ubi obligatus inferiori quæ subjicitur.

(2) *Non accipiam beneficium ab eo,* a quo proportionem non sum accepturus. *Sen. lib. 1. de Ben. c. 21.*

(3) *Eligendus est, a quo beneficium accipiam.* *II. de Ben. c. 18.*

*CXLVI. Cunctis satisfaciendi (1) famam habere.*

**H**Æc gubernatoribus existimationem, & Principibus benevolentiam populi part. Sola enim hæc eis prærogativa debetur, ut plus boni (2) quam reliqui omnes facere possint. Veri amici amicitiæ fide parantur. At sunt quidam eo animo affecti, ut nulli homini satisfaciant; non tam quod res illis sit oneri, sed quod benefacere indoli eorum repugnet. Qui sane Bonitati divinæ omnino adversantur, in res humanas perenni fonte influenti.

*CXLVII.*

(1) *Fama cunctis satisfaciendi querenda est Ministro,* quia honorem & benevolentiam sibi hominum ea parit. *Habent enim hoc principes viri, & Ministri,* ut plus boni, quam reliqui omnes quum facere possint, ob benignitatem suam & amentur & honorentur. Quamquam sunt quidam duræ indolis, qui nulli satisfacere possint; *Dei naturæ, quæ tota in bonitate consistit, plane adversantes.*

(2) *Illud est judicandum, maximas geri res, & maximi animi ab iis, qui rempublicam regant, quod eorum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat.* Cic. I. Off. c. 26. vide max. 140.

**CXLVII.** *Non se (1) prodigere. (2)*

**O**Mnis excellentis rei hoc est malum, ut frequenti usu tandem in abusum degeneret. Tandem *displacet* omnibus, quod ardenti omnes affectu quæsiverant. Malum ingens nulli rei utilē esse; Simulq; utilem omnibus esse velle. Hujus generis homines, quod nimirum voluerint lucrari, semper perdunt, tantoque eos tandem homines *odio*, quanto eisdem initio sunt amore prosecuti. Omnes virtutes sunt huic sorti obnoxiae; ex quo raritatis famam amittunt, *vulgaritatis* statim nomen recipiunt.

**CXLVIII.** *Sibi semper (1) artis præstantissima reservare.*

**D**Ocendo artem suam magni magistri ea solertia utuntur. Semper enim in

(1) *Minister caveat se prodigere*, quia amore hominum se infeliciter privat. Virtus ministri omnibus inservire, nimiumque lucrari volendo, abusu, sive iniquo usu fit vulgaris, & odio tandem hominum penfatur.

(2) Olim Cotta dicere solebat, se operam suam, quod non contra officium rogaretur, polliceri solere omnibus, *impertiri iis*, apud quos optime poni arbitraretur. Cic. *de Pet. Conf.*

(1) *Vir magnus studeat sibi artis præstantissima servare*, quippe existimationem & autoritatem hac re suam

in alios imperium convenit, dominiumque servari. Artem communicans cum alio eam ad rem arte indiget. Nunquam fontem aut doctrinæ, aut liberalitatis (2) decet exhaudiri. Hac enim re existimationem, & autoritatem tuam conservabis. In rebus placendi, aut docendi hæc est tenenda regula, magni quæ est momenti, ut illud nobis reliquum seruimus, quo nosmetipſi perficimus, & admirationem aliorum alimus. Vitæ, & victoriae hæc magna fuit regula in functionibus omnibus, in primisque in dignitatibus, ut se quis nunquam prodigeret.

## CXLIX.

conservat. Minister aut doctor in rebus admirationis, & perfectionis fontem liberalitatis, & doctrinæ non patiuntur exhaudiri, sed ex iis optima sibi, simulque imperium & dominium in alios sibi servant. [2] Hæc regula late patet, quia in utroque vitæ tempore locum habet; in pace magnis viris ad vitam inservit; in bello duci ad victoriam prodest.

(2) Olim Romanis usurpatum tandem in proverbium venit, laugitionem fundum non habere. II. Off. c. 15.



*CXLIX. Neque sibi, neque (1) aliis  
omnia. (2)*

**A** Pertam utrumque Tyrannidem ostendit. *Sibi* qui tribuit omnia, eum consequens est omnia causa sua velle. Hic de re omni, sibi utili, ne minimum quidem sciunt remittere; & paucos quidem devincientes sibi, fortunæ suæ confidunt, attamen plerumque hoc eos præsidium fallit. Interdum *bonum* est nostra nos propter alios deserere, ut alii in gratiam nostri vicissim sua deserant. *Publicum munus* qui gerit, jure etiam servus est publicus; alias enim idem ei, quod olim vetula Imperatori dixit Hadriano: *ut officio, ita dignitati tuæ renuntia.* Contra quidam toti sunt aliis; quip-

(1) Caveat *vir magnus sibi & aliis* omnia tribuere, quia Autor eam apertam Tyrannidem dicit. Publico qui officio fungitur, ille omnibus servire tenetur; non tamen ideo *totus* debet esse *aliorum*, indeque adeo stultus, & infortunatus, ut aliis omne suum tempus tribuat; neque enim homines viri magni personam, sed tantum commodum amant, quod per eum obtinere sperant. *Neque sibi debent ipsis* omnia tribuere, quia sua causa omnia volentes, de suis nihil aliis remittendo, fortuna sua superbiant, & nemini plane benefaciunt.

(2) Non est claudenda ita res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita resecanda, ut pateat omnibus modus adhibeatur, isque referatur ad facultates.

quippe stultitia semper excessui dedita, valdeque ea in re est infortunata. Neque diem, neque horam sibi relinquunt, & tam parum sibi ipsi sunt, ut horum non nemo totus aliis nominaretur. Sunt alii tales etiam in ipso intellectu; sciunt enim pro omnibus, & pro se ipsis omnia ignorant. Sciat autem vir prudens, non se quæri, sed *commodum*, quod in ipso est, aut ejus potest ope obtineri.

*CL. Neque se totum aliis, (1) neque  
alios sibi integros consecrare.*

**N**ullum sanguinis, neque amicitiæ, neque stricti alterius juris vinculum illi rei sufficit; multa enim alia requiruntur, ut aut ab animo tuo, aut voluntate deficias. Maxima quæque *Unio exceptionem* admittit, quæ tamen ideo amicitiæ vel tenerrimæ leges non violat. Amicus sibi semper (2) secretum ali-

(1) *Non teneretur quis aliis se rotum dicare, ultra leges aut officia Amicitiæ.* Ita secretum, aut mysterium cum conjugi, aut patre, maritus, aut filius non communicant: neque ideo culpantur, quia animi & voluntatis singularis est ratio, qua pro commercii diversitate cuique secreta aut detegimus, aut negamus.

(2) Augustus electis consciis, & comite uno Fabio Planciam vecius ad visendum Agrippam. *J. A. 5. 2.*

aliquid reservat, & filius ipse rem aliquam patrem suum celat. Sunt res, quas volumus quibusdam *mysteria* esse, quæ tamen cum aliis communicamus. Et contra. Quilibet se totum alii aut addicat, aut non addicat, pro commercio, quo alios ab aliis secernit.

### *CLI. Nunquam (1) nolenti satisfacere.*

**A**ctio digna est vituperari, nimiam petentibus satisfactionem proponere. Ante tempus qui se *excusat* accusat. Quisquis sano sibi *venam* secari finit, is annuit malo, & malitiæ, ut accedant. Importuna *excusatio* sopitæ rei fastidium refuscitat. Prudens suspicionem alienam (2) semper *dissimulet*, ne suspicantis indignationem excitet; tantum suspicioni ejus nitatur honestis sinceritatis moribus mederi.

### *CLII.*

(1) *Caveat vir magnus nolenti satisfacere*, quia actio est hæc digna vituperari. Ante tempus se excusans nimium facit, & prudentius rem dissimulat, suspicioni honestis moribus occurrendo.

(2) Bonum est suspicionem aut inficiande tollere, aut dissimulando sedare. *Cic. pro Sexr.*

*CLII. Vulgi affectibus (1) immunem esse.*

Magnus ille vir est, qui *vulgi affectibus* (2) nihil loci relinquunt. Hæc enim est regula prudentiæ, ut quis in se ipsum descendat, affectumque suum norit, illumque præveniendo ad alterum extremum transeat, ut *rationis bilancem* inter Naturam & Artem inveniat. Sui ipsius *notitia emendationis* est initium. Sunt (3) inconstantiæ quædam monitra, quæ alio, atque alio sunt animo, & uti animo, ita opinionibus mutantur. Rebus plane contrariis se addicunt, cum semper se sinunt abripi ad civilem *immundationem*, quæ non tantum voluntatem, sed cognitionem etiam, judiciumque corruptit. (4)

M 2

*CLIII.*

(1) Sequitur altera Virtus, *Magnanimitas*, de qua Author XII. præcepta reliquit. (2) *Immunitas ab affectibus vulgi* viro magnanimo est propria, quia illum à vulgo distinguit. *Vulgi vitia sunt ignorantia sui; Inconstans animi; Morum perversio, quæ omnem animam corruptit.*

(2) vide de illis *Lips. IV. Pol. 5. n. 13.*

(3) vid. max. 133. b.

(4) Imagine in vulgi videoas in Hordeonio Flacco, qui sine constantia, sine autoritate; ne quieto quidem milite regimen. I. Hist. 9. 1.

*CLIII. Sublimitati (1) studere.*

**I**Ndecorum est viro magno minimis (2) unquam de rebus cum aliis contendere. Nunquam res *nimirum* scrutari illi convenit, in primis minus acceptas; licet enim expedit omnia quasi per transenam notare, non tamen licet omnia velle exacte inquirere. Ingenuos in vita liberæ nobilitatis habere decet *mores*, qui partem civilitatis constituunt. *Dissimulare* vero præcipuum munus est gubernandi. Evidem multas res prætermittere expediat, quæ vitæ commercio superveniunt; in primis tamen inter *inimicos*; *Nimum* vero semper est molestum, & moribus intolerabile. Furoris species est dolores quærere, & plerumque talis est *modus agendi*, qualis est animus, cuius impulsu homo agit. Commissæ a nobis actiones in *characterem nostri animi* transeunt.

*CLIV.*

(1) *Studendum est sublimitari*, quæ ingenuæ nobilitati in primis convenit. Vir magnus in dignitate positus res minimas, & prætermitti dignas, non nimirum scrutatur, aut de iis vel cum inimicis contendit; erga hos prudenter ex dissimulantur, ne nimia inquisitio dolorum parens sit, furiosa actione deinde in animi qualitates transeunte.

(2) Bene olim Thrasea, magnarum, inquit, rerum cu ram non dissimulaturos, qui animum etiam levissimis ad verterent. *XIII. A. 49. 4.*

CLIV. *Ubique* (1) *vulgus.* (2)

**I**mo Corinthi, & in familia perfectissima, & in propria quisque domo *vulgum* sentit. Non solum ibi *modus vulgaris*, sed *vulgare* etiam ibi ( pejus quod est ) duplicatur. Quemadmodum fratri *speculi partes* omnes perlurent; eodem modo homines infimae *plebis* proprietates ipsas habent; at res illa periculorum non caret. Nam sicut stulti loquuntur, & tanquam *immodesti* judicant. Quales quidem homines discipuli sunt ignorantiae, agnati stultiæ, cognati que proximi gesticulantis Insanæ. Neque dicta eorum sunt, neque sensa curanda. Sane utilis est eorum *notitia*, ut iisdem tam scite te noris subducere, ut neque in comitatu eorum sis, neque consortio; quippe stultitia omnis *Vulgi* naturam habet, & *Vulgus* non, nisi ex *stultis*, constat.

M 3

CLV.

(1) *Ubique esse vulgum putat*, quia ibi sunt modi ejus, & mores; Nempe in domo & familia magnorum, & in urbe reliquarum matre. Sunt enim in illis *plebis* infimæ qualitates ignorantiae, stultiæ & gesticulantis insanæ. Plebs illa noscenda est, ut ejus tanquam stultiæ consortium fugias.

(2) Ad Principes *Vulgi* *Vitellius* spectat, qui ignarus militiae, & consilii improvidus. *III. Hist.* 56. 3. ad omnes nuntios trepidus, temulentus erat. *ibid.* *vulnu*, voce, lachrymis misericordiam *plebis* eliciendo. *ibid.* 58. 5.

## CLV. Recedendo a vulgo (1) paradoxa non amplecti.

**H**Æc duo extrema *Autoritatem* utrinque imminuunt. Omne consilium gravitati adversum est species una dementiæ. *Paradoxum* est *fraus certa, aplausum inveniens, novitate quidem sua, & subtilitate hominum se animis ingrens, attamen falsitate ejus usu cognita, vim suam deinde amittens.* Veteratoriæ hæc est species *Affentationis*, quæ in actionibus publicis est ruina regnum. Qui non possunt ad *Virtutem Herorum* pervenire, (2) neque per virtutum vias eo aspirandi animum habent; illi in paradoxum incidunt; quod quidem *stultorum iis admirationem conciliat, aliorum tamen Prudentiam utiliter indicat.* Paradoxum *animi* parum temperati, indeque prudentiæ adversi est argumentum;

&amp;

(1) *Paradoxa Ministro sunt fugienda, quia autoritatem imminuunt.* Quidam aut vulgum imitatur, aut ab eo recedens paradoxa sequitur; quando nempe homo *animi* parum temperati per virtutum vias ad *applausum* non perveniens *paradoxa* sive consilia levia, & stulta eligit quorum *fundamento* obscuro, & noxio, *stultorum* quidem, (non vero prudentium) brevem admirationem tibi conciliat.

(2) *Viro magno is honor est amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem.* *Cic. pro Rosc. c. 30.*

& interdum si non falso fundamento, saltem tamen incerto, negotiisque publicis noxio innititur.

*CLVI. Se ipsum (1) non audire.*

PARVI interest, te ipso an sis contentus, nisi aliis satisfacias. (2) Amor sui ipsius plerumque contemptu omnium multatur. Sibi sua solvens, in ære manet omnium. Ut audias te, indecorum est loqui velle. Sultitiae si est, de se ipso (3) ad se ipsum loqui, duplex est illa, qua coram aliis se quis audit. Magnorum nævus est regnantis in modum loqui, qui quidem certe auditores obtundit. Ad quodque verbum prolatum aures eorum applausum, importunioremve adulacionem, velut stipem, petunt. Sunt superbi, qui a verbis suis etiam echo exspectant; & sicut conversatio cothurnis in-

M 4 fo-

(1) *Caveat Minister se ipsum audire*, quiaavitum hoc contemptu omnium multatur. Quidam enim superbus, & stultus, amore sui ipsius loquitur de se ipso ad alios, & in morem regnantis applausum & exclamationem aliorum conversationi sue velut debitum poscit: qui dignus est contemni.

(2) Qui se supra modum extollit, premere, ac despicerre alios creditur, nec tam se majorem, quam ceteros minores facere. *Quint. lib. XI. Inst. Or. c. 1.*

(3) Si laudes alienæ parum æquis auribus accipi solent, quam difficile est obtainere, ne molesta videatur oratio de se, ac suis differentis. *Plin. lib. 1. ep. 8.*

folentiæ incedit, ita quælibet vox absurdæ exclamatiōne excipitur. O quam bene dictum! O quam pulchrum verbum!

### *CLVII. Nunquam(1) de se ipso loqui.*

**V**ANITATIS, se laudare; humilitatisque est, se culpare; Prudentiæque defectus unus in loquente qui est, idem molestia est in auditore. Fugiendum si hoc est in sermone familiari, & domestico, multo magis idem (2) in cœtu publico est fugiendum, ubi magno officio defungimur; minima enim stultitiæ species tota ibi stultitia habetur. Eadem contra prudentiam culpa committitur a loquente de præsentibus; periculum est enim, ne in rupem alterutram aut adulatio[n]is, aut censuræ incidiamus.

### *CLVIII.*

(1) *Caveat porro Minister de se ipso loqui*, quia prudentiæ defectum prodit. Seu laudet enim se, quod vanitatis, seu culpet se, quod humilitatis, in sermone seu domestico, seu publico stultitiæ arguitur, etiam de præsentibus loquens, quos aut adulatio[n]is, aut censuræ metus manet.

(2) Male olim *Vitellius*, Romæ, tanquam apud alterius civitatis Senatum, Populu[n]que, magnificam orationem de semetipso prompti, industriam, temperantiamque suam laudibus attollens. II. Hist. 90. 1.

*CLVIII. Nunquam (1) exaggerare.*

Prudentis est nunquam loquendo (2) excedere; talis enim loquendi modus semper aut veritatem, aut Prudentiam lædit. Quoties aliquid exaggeramus, toties existimationem nostram exponimus. Intellectum enim exiguum, pravosq; sensus loquendo detegimus. Nimiæ laudes curiositatem incitant, & Invidentiam irritant, ut si, quemadmodum fieri solet, meritum pretio non respondeat, communis opinio contra fraudem conspiret, adulatoremque, & adulatione corruptum irridendos propinet. Homo prudens ergo sibi cavet, & deficiendo libenter, quam excedendo peccare mavult. Rara eit excellentia, & ea decet existimationem suam metiri. Species est mendaciis

M 5

cii

(1) Non debet exaggerare Minister, quia existimationem suam hac re periculo exponit. Homo quidem in loquendo aut excedit, aut deficit; excedens tamen, aut exaggerans nimis laudando rem suam curiosos & invidos irritat, qui pretio rei minori fraudem inveniunt, & adulatione corruptum, aut adulatorem merito irrident. Exaggeratio enim species est mendaciis, & ea umentes, pravis sensibus homines, simul tamen intelligentes habentur.

(2) Male Antonius immodicus lingua, literas ad Vespasianum olim scripsit, jactans, quam ad principem, nec sine occulta in Mucianum insectatione. *III. Hist. 53.*  
2. 3. 4. 5. sibi omnia, aliis nihil, attribuit.

*cii*, *exaggeratio*, & *exaggerantes pravis*  
*quidem sensibus homines*, *simul tamen*  
*intelligentes (quod pejus est) haben-*  
*tur.* (3)

### *CLIX. Non jactare (1) fortunam.*

**J**actatio dignitatis suæ plus homines,  
*quam personæ offendit.* *Odium* (2)  
*sui jactantia parit*; & sufficit homini o-  
*nus Invidiæ. Majori quo studio gloriam*(3)  
*quæ-*

(3) Non deerat ipsi arrogantia vocare offensas, *nimius*  
*commemorandi*, quæ meruisset; *alios ut imbelles*, *Cæci-*  
*niam ut captivum increpans*; *Unde paulatim levior*, *vilior-*  
*que haberi.* *VL Hist. 80. 4. 5.*

(1) *Jactantia fortunæ suæ* *Ministro est velut odiosa fu-*  
*gienda.* *Personæ* *sunt*, *velut minus offendens homines*,  
*jactantia non tam est odiosa.* *Illa* *nimio studio quærit glo-*  
*riam*, *quam tamen apud alios non invenit*, *sed mereri*  
*debet merito personæ*, *expeditione magnorum negotio-*  
*rum*, *autoritate necessaria*, *non jactantia*, *sed assiduitate*  
*conservanda.*

(2) *Prudenter Germanicus*, *congerie armorum structa*,  
*in trophæis de se nihil addidit*, *metu invidiæ*, *an ratus*  
*conscientiam facti satis esse.* *II. A. 22. 1.* [2] *Nec Agri-*  
*cola unquam in suam famam gestis exsultavit*; *ad auto-*  
*rem & ducem*, *ut minister fortunam referebat*; *ita vir-*  
*tute in obsequendo*, *verecundia in prædicando*, *extra in-*  
*vidiam*, *neque extra gloriam erat.* *Agr. c. 8. n. 3.*

(3) *Huc Duci Albani statua Antwerpiensis*, *gloriam*  
*Ministro quærens*, *oditum Cæsaris eidem*, & *postquam*  
*dejecta fuit infamiam peperit.* *Hier. Connest. lib. IX. de*  
*Conj. Part. & Cast.* *De magnifica inscriptione*, *qua in*  
*societatem gloriæ regiæ venit Richelius*, *Rupellæ captæ*  
*laudem affectans*, *legi potest.* *Gram. Hist. Gall. ad ann.*  
*1628. p. 780.*

quæris, eo minus eam(4) invenis. Quemadmodum illa ex judicio alieno pendet; eodem modo nemo illam tribuit; Inde que mereri illam decet, & operiri. Magna negotia expeditioni suæ convenientē possunt autoritatem; sineque ea nemo illa convenienter perficit. Conservari omnem oportet, quæ est necessaria, ut partes officii ita quis impleat, ut eandem non nimio valore extollat, sed tantum adjuvet. Omnes, qui negotiis obrutos se ostendunt, ii munere se indignos monstrant, velut mole, cui non sunt pares. Ubi gloriæ occasio adeat, ea potius ex ingenti personæ merito, quam mutuo alieno nascatur. Rex ipse majorem sibi personæ suæ dignitate, quam *Majestate* ( tantum re externa ) venerationem conciliat.

## CLX.

(4) Miserat olim *Mucianus* ad Senatum literas, in quibus id erga remp. superbū, erga principem (*Vespasianum*) contumeliosum, quod *in manu sua fuisse Imperium, donatumque ei jactabat*. *IV. Hist. 4. 2.*



CLX. *Æmulationem, & (I) Invidiam vincere.*

**Q**UAMVIS prudentiæ sit temnere (2) Invidiam, (3) qui contemptus nostræ ætati est exiguus; tamen adhuc meliorem effectum Civilitas habet. Non potest satis laudari, qui bene loquitur de male loquente. Non est magis heroa ultio, quam invidentiam bene faciendo torquere. Quilibet prosper invisi hominis successus, velut ex trochlea patibuli lapsus, est invidenti; gloria vero æmuli eidem est infernus. Ex felicitate sua quisquis invidentibus parat venenum, maximum eis parat supplicium, quod afferri eis potest. Toties enim moritur in-

(1) Studeat Minister æmulationem & invidentiam vincere, quia tanta res viro magnanimo convenit. Non tam temnere enim utramque, quam majori usu, nempe civilitate tractare utramque vel maledicam laudando & beneficiis afficiendo, inde autem laudes & gloriam colligendo ex qua utrique venenum porrigitur, aeternum eis cruciatum, & dolores allaturum. Et hoc [1] præceptum, quod magnanimo contra pestes has opponit.

(2) Nulla ingenia tam sunt prona ad Invidiam, quam eorum, qui genus, ac fortunam suam animis non exquant; quia virtutem, & bonum alienum oderunt. *Liv. lib. 35. c. 43.*

(3) Seneca effugiendæ Invidiæ triplex remedium opposit; si te non ingeferis oculis; si bona non jactaveris; si scieris in sinu tuo gaudere. *Ep. 105.*

invidens, quoties exaudit laudes invisi reviviscere. De vitæ utriusque immortalitate disputant; quidam semper gloriofæ, alii semper miserabilis. *Tuba gloriæ*, quæ canitur pro immortalitate unius, alteri mortem annuntiat, condemnans eundem supplici frustra exspectandi, donec causæ ejus dolorum delierint.

## *CLXI. Utilitatem ex (1) inimicis (2) capere.*

**S**Icut non saucianti mucroni, sed ansæ, qua nos defendimus, manum adhibemus; ita meliori jure Invidentiam tractamus. Vir prudens ex inimicis maiorem, quam stultus ex amicis suis utilitatem capit. Invidentes ad mille difficultates superandas (3) incitant prudentes,

(4) De remediis Invidiæ & Æmulationis agit scite. *Saav. Princ. Christ. Symb. 9.*

(1) *Inimici debent ministri usui inservire*, quia sœpe fortunæ ejus sunt causæ. Stultus amicis suis, adulatoribus, qui defectus ejus tegunt, non fruitur; vir prudens vero invidos suos, nævos ejus obtrectantes intuerit, deprehensos & conspectos in odii speculo nævos agnoscens ab illis ad difficultates superandas incitatur. Quod est [2] præceptum.

(2) Qualem utilitatem ex inimicis capere possimus, docet egregie *Camer. Oper. succif. cent. 3. c. 59.*

(3) Scitum illud est *Caronis*, multo melius de quibusdam

tes, a quibus hos adulatores s<sup>e</sup>pe revocant. Invidis multi fortunam suam debent. Adulatio est odio crudelior, (4) quia illa tegit *defectus*, quibus hoc medetur. Invidorum ex odio vir prudens sibi *speculum* conficit, in quo se ipsum melius, quam in speculo benevolentiae videt. Speculum enim illud utile ei est ad *n<sup>a</sup>evos* suos corrigendos, indeque *calumniam* præveniendam; valde enim nobis cavemus, ubi rivalium, aut inimicorum nobis vicinia imminet.

### *CLXII. Sponte (1) delinquere.*

**I**Nterdum non magna negligentia virtutibus est ornamento. Suus est Invidiæ *Ostracismus*, qui usitator, (2) quo in-

dam acerbos *inimicos mereri*, quam eos amicos, qui dulces videantur; illos verum sape dicere, hos nunquam. *Cic. Læl. c. 24.*

(4) Semper auget *assentator* id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. *ibid. c. 26.*

(1) *Lices ministro sponte delinquere*, quia existimationem suam interdum ea re conservat. Solent invidi perfectissimi vitia subito censere, & condemnare; contra quem Ostracismum ne ulcus disrumpatur, *mentis & morum defectus* affectat, & dormitando ita invidos occœcat, & faliit. Hoc est [3] *præceptum*.

(2) Quia viri magni reip. aut principibus nimii, & mentuendi fuerunt, *Ostracismus* usitatus, neque iniquus fuit. *Picc. Obs. Hist. Dec. III. c. 9.* Periculosem tamen reipubl. esse, & tutioribns Ostracismo remediis Prudentiam uti posse, docet *Forstn. nott. Pol. ad II. A. 5. 1.*

injustior. Ille , quod perfectum est, accusat , vitiumque ( dicit ) quod vitio caret ; quoque est res perfectior , eo acrior est ejusdem condemnatio. Argus est in vitiis in *excellentissimo* quoque deprehendendis , tædio sui quod tales se non inveniat. Censura ejus *fulmini* comparatur , summos plerumque montes ferienti. Igitur temporis ratio vult nos interdum Homeri instar *dormitare* , & aut mentis , (3) aut animi ( non tamen (4) rationem lædendo ) quosdam defectus affectare , tantum ut malevolentiam lenias , impediásque , quo minus mali animi *ulcus* disrumpatur. Hac quidem re *cucullum* Invidentiæ oculis injicimus , Existimationis nostræ ratione in perpetuam habentes.

### *CLXIII. Non semper eundem (1) modum tenere.*

**E**xpedit variare modum , ut curiositatem fallas hominum , in primis tibi in-

(3) Invidia evitatur prudenter , quando amoliendæ ei Minister delabitur ad vitiorum irritamenta. *Lipf. III. Pol. c. 11.* ita quidam luxum , quidam otium dilexerunt. *ibid.*

(4) Ita C. Sallustius olim invidos suos delusit copia , & affluentia luxui simili ; suberat tamen vigor animi , ingenibus negotiis par ; eo acrior , quo somnium , & inertiam magis ostentabat. *III. A. 30. 5.*

(1) *Studeat Minister modum agendi variare , negotiis*

invidentium. Nam formæ unius actiones tuas ubi sentiunt, illas prævenient, indeque conatus tuos irritos reddent. Facile est avem in recto, non vero obliquo volatu ferire. Neque tamen semper dolis (2) est utendum, quippe secunda vice dolus pateret. Malitia in insidiis est, multaque solertia opus, ut ea te liberes. Callidus lusor nunquam ludit chartam adversario exspectatam, multo-que minus desideratam.

#### *CLXIV. Scire (1) petere. (2)*

**Q**uibusdam nihil facilius, & quibus-dam nihil est difficilius. Sunt qui de-

expediendis valde utilem. Invidi enim, tanquam curiosi, actiones unius formæ sentientes, præveniendo eas conatus Ministri irritos reddunt: At modus eorum obstandum vel rectus est, vel obliquus, & tum dolis interdum utitur contra insidiarum malitiam, & nunquam facit, quod invidi exspectant, multo minus, quod desiderant. Quod est [4] præceptum.

(2) Doli non sunt dolis, nisi astu colas; sed malum maximum, si id palam provenit. *Plaut. Capt. II. 1.*

(1) Sequitur III. Virtus, nempe Modestia, de qua 3. præcepta Autor proposuit. (2) Scientia petendi non negligenda est, quia utilitatein magnam hominibus assert. Petitur autem aliquid ab homine obligato, gratia officium antecedente, de qua max. 143. vel non obligato, & tum vel denegat, vel non denegat. Petitur tempore opportuno, nempe lœtitiae publicæ, aut privatæ, sub finem remissionis; non vero tristitiae, ubi nihil loci speci est relictum.

(2) Preces Principum in Rep. Romana, quo tempore

denegare nequeunt, indeque opus non est unco, ut eis desiderata extrafas. Alii vero primo quoque verbo denegant; & his est moderate utendum. Apud alios rei alicui petendæ (3) oportunitas est quærenda; (4) velut iub finem convivii, aut alius alicujus remissionis, quæ animos hominum exhilaravit; nisi prudentia vi-  
ti rogati artes petentis præveniat. Dies lati-

jam tum dominabantur, fictæ petitiones erant; Tiberius Neroni à Senatu Quæsturam petuit, non sine irrisu audiendum; sed tñm fuerunt, qui ejusmodi preces occulsi illudercerent. III. A. 29. 1. 2.

(3) Negligitur merito *petitio importuna*, tanquam dignitari concedentis principis adversa. Evidem olim seditione militi Percennio tempestivum remedium videbatur, principem novam, & murantem adhuc aut precibus, aut armis adire. I. A. 17. 1. attamen alterum erat immo-destiæ, alterum rebellionis. Sunt periclosæ, & infructuosæ plerumque importunæ subditorum preces. Ig-  
nitus Prudenti etiam fugienda. Licet enim olim Tiberius indulta Germanicæ seditioni servaret etiam apud Panno-nicos exercitus. I. A. 52. 3. tamen importune concessa brevi post tempore revocari solent; & sub eodem Cæsare seditionis illius male consulta, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, altero statim anno abolita fue-runt. I. A. 78. 3.

(4) Interdum militum *petitio fuit dotosa*, que sciens injusta, & deneganda postulavit: Ita olim Batavorum cohortes à Vitellio quædam petierunt, non ut assequen-rentur, sed causam seditionis. IV. Hist. 19. 2. Ita legio-nes Germanicæ Imperatorem alium flagitabant, Senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittentes, que sedatio mollius accipseretur. I. Hist. 12. 1.

*lætitiae* publicæ, sunt dies gratiæ, gaudio interno foras erumpente. Interim accessum fuge, quando vides alium petitionis suæ repulsam ferre; quippe jam tum timor est denegandi superatus. Ubi vero *tristitia* est domi, ibi nihil speratur. Gratiam officio præveniens, ab homine obligato, & honesto pecuniæ trajectitiæ literas habet.

### CLXV. *Scire* (1) *denegare*.

**N**Eque omnia, neque omnibus petita (2) concedi convenit. *Denegandi* scientia quanti est momenti, tanti etiam concedendi; & hæc est pars necessaria regnantibus. (3) Res vero ita (4) se habet.

(1) *Scientia denegandi* tenenda est, quia magnis personis necessaria habetur. Quanti momenti est petendi scientia, tanti etiam denegandi; at hæc in primis regnantibus convenit. *Denegatio* autem non sit omnium rerum, neque omnibus, neque statim fiat, neque modo incivili, sed humanitate, & bonis verbis, ut repulsæ amaritudinem aliqua dulcedo gratiæ penset.

(2) *Seneca* vult virum prudentem esse *aquis* desideriis propensum, *inquis* vero non acerbum. lib. I. de Clem. c. 13.

(3) Quæ denegari debent, ea in arbitrium alterius Tiberius rejecit. I. A. 25. 4. Pharasmanes filium Rhamistum ad aliam spem traxit, Armeniam ostentando. XII. A. 44. 4.

(4) Multis officii competitoribus quomodo Minister denegare petitionem possit, doct *Forstner*. ad XI. A. 25.

bet. Denegatio unius meliori gratia accipitur, quam concessio alterius; nam illa *civilitate condita* magis, quam *ingrata largitio* probatur. Sunt, ore aper-  
to qui semper denegant; & responden-  
tium primum semper verbum est nega-  
tio, & licet iis postea accidat, (5) ut  
largiantur omnia, nulla tamen eis ideo  
gratia habetur, quod male condita eam  
concessionem denegatio præcessit. Non  
oportet rotundo statim *ore* denegare, sed  
repulsam hominibus velut pitissando pro-  
pinare. Neque etiam *omnia* denegari  
decet, ne homines in desperationem con-  
jicias; at contra nonnihil eis spei reli-  
quum facere, ut repulsæ amaritudo, ali-  
qua dulcedine leniatur. Interim bene-  
volentiae vacuitatem *humanitas* suppleat;  
& defectui beneficiorum bona verba me-  
deantur. Annuendi, & denegandi bre-  
via quidem sunt verba; attamen diu ante  
cogitandum est, quam ea pronunties.

(5) Male Vitellius *Aſſaticum annulis honoravit*, fe-  
duna mancipium, & malis artibus ambitiosum; quod  
postulante exercitu, palam *abnuerat*, dein mobilitate in-  
genii inter secreta convivia *est largitus*. Il. Hist. 57. 4.

## CLXVI. Sc (1) subtrahere.

**S**I notitia ingens, denegare petitum beneficium, certe major est in negotiis, amicorumque colloquiis sibi idem denegare. Sunt importuna *negotia*, tempus quæ pretiosissimum rodunt. Nihil agere satius est, quam importunis occupationibus distineri. Prudentis est hominis non tantum non *faceſſere* *negotia*, sed iisdem etiam nolle *immisceri*. Non adeo omnibus, ut non nobis ipſi fortius obligemur. Neque amicis est *abutendum*, neque ultra sponte tribuenda (2) ab aliis quid (3) exigendum.

(4)

(1) *Sciat minister petitionibus se amicorum subtrahere*, ut hominum sibi ea re gratiam, simulque existimatiōnem suam conservet. Sunt enim amici, qui amicis suis negotia faceſſunt libenter, aut ab eis nimia potunt, quæ contra amicitiam sunt; quibus non *immisceri* prudentis est, aut petitionibus *se subtrahere*, aut in denegando decorum observare.

(2) Male de *Scævola* dicendi causa est Ciceroni; ad hunc quum ille deprecatum venisset, ut sibi ignosceret petens, addidit tanti ſe. Gracchum feciſſe, ut quicquid ille vellet, *sibi faciendum putaret*. Tum Cicero; etiamne, ſi te in Capitolium faces ferre vellet? Nunquam, inquit, voluiſſet id quideſi, ſed ſi voluiſſet, paruiſſem. *Lel. c. 11.*

(3) Hac lex in amicitia eſt, ut neque *rogemus* res turpes, nec faciamus *rogari*. Turpis enim excusatio eſt, & minime accipienda cuin in cæteris peccatis, tum ſi quis contra *rempubl.* ſe amici cauſa feciſſe videatur. *Ibid. c. 12.*

(4) Vitiosum est omne, quidquid excedit,  
& in primis in conversatione; neque quis  
quam sine eo temperamento existimatio-  
nem, & gratiam hominum sibi conser-  
vaverit. Ex illo enim temperamento  
*decorum* pendet. Pateat libertati decus  
electionis, ut contra sensuum sanitatem  
ne quid unquam committamus.

### *CLXVII. Animosum (1) esse.*

**L**eoni mortuo lepores insultare non  
verentur. *Vir fortis* (2) injuria non  
sinit se affici. Qui non primæ, multo  
minus is secundæ, & multo pejus ulti-  
mæ *injuriae* resistit. Difficultas enim, ini-  
tio quæ posset, circa finem majori la-  
bore superatur. Vigor animi major est  
corporis robore, & illum æque, atque  
*gladium* præsto esse oportet, ut eo opor-  
tune utaris, eoque existimationem tuam

N 3 tuea-

(4) Quomodo amicitiæ cum malitia nulla communio  
intercedat lege differentem *Grut. disc. Pol. c. 46.*

(1) Sequitur *IV. Virtus, Fortitudo*, de qua maximam  
unicam reliquit. [2] *Animositas* quidem est æstimanda  
viro magno, quia existimationem suam ea tuetur. Ea  
enim est voluntas naturæ, ut *insultus* hominum si im-  
minent, eorum initiis statim vigore animi, & gladio  
resistat, ne contemptus postea ab aliis in solitudinem de-  
trudatur.

(2) Olim Schiraphidem *Ephori* multaverunt, quod mul-  
ti illum injuriis afficerent. *Plat. Lac. Inst.*

tuearis. Multi magnis fuerunt virtutibus instructi, qui *destituti animositate* pro mortuis habiti, in obscuritate solitudinis suæ semper quasi sepulti vixerent. Neque enim sine causa in apibus mel cum aculeo Natura conjunxit, similiterque nervos cum ossibus in corpore humano; ad eorum exemplum animum lenitate, & firmitate mixtum oportet esse.

### CXLVIII. Scire (1) *oblivisci*.

**F**ortunæ est potius, quam artis. Eas res (2) *oblivisci* (3) decet, quas opti-

(1) Nunc agit de V. virtute *Mansuetudine*, de qua præcepta 6. præscripsit. [2] *Scientia autem obliviſcendi* Ministro discenda est, tanquam fortunæ, aut calamitatis civilis parens. Non est illa scientia necessaria hominibus simplicibus, qui bile vacui, & ideo incepi, satis fortunati sunt; sed prudentibus, & animosis, quibus convenit interdum in re dolorosa, cuius crebra, & importuna est recordatio, non implacabilem animum habere, sed malum ipsum *oblivisci*, itaque quasi arte discere sibi mederi. Inde enim sæpe vitæ aut felicitas, aut calamitas pendet.

(2) Prudenter Cicero, non est, inquit, mei temporis injurias meminisse, quas etiam si *ulcisci* queam, mallem tamen *oblivisci*. *Orat. post redit.*

(3) Lippius mansuetudinem regentis dicit virtutem animi a vindicta ad lenitatem cum judicio inclinantis. *II. Pol. 12. 2.* Severitas enim, quod maximum habet remedium, amittit assiduitate autoritatem. *Sen. I. de Clem. 6. 22.* Quomodo antem temperanda sit, docet ante citatus. *II. Pol. 13.*

optime reminiscimur. *Memoriae* non tantum ea incivilitas inest, ut in necessitate desit, verum ea etiam est immodestia, ut saepe importune interveniat. Omnis rei dolorosæ illa est *prodiga*; & rei deletabilis illa est *sterilis*. Interdum (4) remedium mali (5) in oblivione consistit, & *remedium* *obliviscimur*. Asvefieri igitur alii mori memoriam decet, quippe illius est aut paradisum largiri, aut inferno punire. *Quamquam* eos excipio, qui contenti vivunt, & in statu innocentiae *imperitorum* hominum fortuna fruuntur.

### *CLXIX. Pacificus (1) longævus.*

**U**T vivas, *alios* vivere (2) sine. Non solum vivunt (3) pacifici, sed etiam  
N 4 (4)

(4) Ita probatur mansuetudo, ut adhibetur *reip. causa severitas*, sine qua administrari civitas non potest. *I. Offic. c. 25. 26.*

(5) Vide *Saav. Princ. Christ. Symb. 22.*

(1) *Pacificus minister felix*, quia longævus est. Quisquis inutilia, sive quæ se non attinent curat, litemque non necessariam cum alio incipit, ille non tantum turbatam, sed saepe etiam brevem vitam habet. [2] præceptum.

(2) Non quicquam est magnum, nisi quod simul est placidum. *Sen. lib. I. de Ira. c. ult.*

(3) Cui ultius in facili est, is omissa ea, certam mansuetudinis laudem consequitur. *lib. I. de Clem. c. 7.*

(4) regnant. Evidem audiendum (5) est, videndumque (6) attamen etiam *taeendum*; sine lite dies efficit, ut nox quiete transeatur. Diu, & jucunde vivens, duorum hominum vitam vivit, simulque pace interna fruitur. Omnia illa habet, quisquis *inutilia* non curat. Nihil est tam absurdum, quam curare, quæ nos non attinent, aut non curare, quæcunque nos attinent.

### *CLXX. Non (1) irasci. (2)*

**M**agna res est, perpetuo sibi imperio dominari. Talis homo enim in  
gra-

(4) Nemo excogitare quicquam poterit, quod *magis decorum sit regenti*, quam clementia. *ibid.*

(5) Dicta in Principem cur non videantur pœna digna differit pulchre *Gruer. disc. Polit. in Tac. 55.*

(6) Non expedit omnia videre, omnia audire. *Sen. III. de Ira. c. 9.* Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoroscere. *Quint. lib. 8. Inst. c. 5.*

(1) *Iracundia fugienda est Ministero*, quippe saepe existimationem ejus periculo exponit. Sæpe excessus iræ animum aulici invalit, ut, igne & ore fæviens in homines, existimationi valde nocuerit: *Minister tamen animi magni, & regii ira nunquam calescit, sed se perpetuo imperio regens, admirandus ideo omnibus videtur.* [3] *Præceptum.*

(2) Homines vel ad illam proni, vel in eandem præcipites, vel retinentes iræ, sive amari, vel implacabiles, sive fævi, & maxime sunt cavendi. Bene Cicero monet, iracundiam omnibus in rebus esse repudiandam. *I. Off. c. 26.*

gradu excellentissimo, animique est regi, quoniam difficultate maxima magnanimitas ejus movetur. Affectus sunt humores animi elementares, qui simul atque excedunt, animus inde ægredit; ubique morbus deinde ad os ascendit, existimatio poitea valde periclitatur. Igitur te regas ita oportet, ut neque in prosperis, neque in adversis (3) iracundia (4) arguaris; sed contra omnes te velut invictum admirentur. (5)

### *CLXXI. Iram (1) moderari.*

**N**egotium quidem prudenti non erit difficile, iracundiam vulgo usitatam,

N 5 viri-

(3) Bene Agricola; adversus malos injucundus; cereum ex *iracundia* nihil supererat; honestius putabat offendere, quam odisse. *Agr. c. 22. 6.*

(4) Principes iracundi, truces, dissimulatores, reconditæ naturæ, velare & tegere odium valentes, fugiendi sunt. Talis Tiberius fuit *I. A. 13. 5.* Nero *XIV. A. 56. 5.* Domitianus. *Agr. c. 42. 6.*

(5) Prohibenda maxime est *ira in puniendo*; nunquam enim, iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter niuum, & parum. *I. Off. c. 26.*

(1) *Studeat Minister moderari iram*, quia magnam fibi ea re gloriæ parit. *Moderatio autem in eo consistit*, ut turbationem affectus sentiens, statim rationem consulat, quoisque iræ indulgendum, & si locus, tempusque eam non permittrant, cum imperio in animum descendat, & illum initiget. In quo talis est moderatio, aut medio qui animi in motu iram sistere potest, ille laudibus hominum afficiendus est. [4] *Præceptum.*

viribus, & moderata meditatione prævenire. Primus est moderationis gradus, turbam affectuum *sentire*; Inde enim plena potestate, mentis in carceres venimus, nosque consulimus, quousq; necessarium sit dolori suo frena laxare? Tali autem mentis imperio descendere oportet in iram, eandemque placare. Stude sci-  
re, ubi, & quando sistendus sit affectus; difficillimum enim currentis affectūs est, quod extemplo debeat fisti. Ingens est judicii argumentum, in medio motuum iracundiæ firmam, & imperturbatam mentem tenere. Omnis excessus affectum a ratione recedit; Magistræ vero hujus providentia, ratio nunquam turbabitur, neque fines unquam officii sui transibit. Interim talem ut affectum compescas, manu semper sunt habenæ tenendæ. Eumque in modum qui se reget, moderatissimus semper nobilium, secusque agens, perturbatissimus omnium habebitur. (2)

## CLXXII.

(2) Cicero de affectibus similem regulam format; monet, appetitus omnes contrahendos, sed andosque, excitandamque esse animadversionem, & diligentiam, ut ne quid inconsiderate, negligenterque agamus. I. Off. c. 29.

## CLXXII. Offensam (1) gratia antevenire:

**E**Vitare illam majoris est solertiæ, quam (2) vindicare. Virtutisque magnæ ex homine, quem adhibuisses adversarium, (3) amicum intimum facere; aut eos, qui existimationi interitum minabantur, in ejusdem anterides transformare. Interest multi alios sibi scire obligare. Transitus, injuriæ præripitur a Civilitate præveniente; Et hæc est videnti scientia, qua dolores futuros in oblectationes mutamus. Eo modo fiduciam in malevolentia ipsius ædibus locabis.

## CLXXIII.

(1) Sciat Minister offensam hominum gratia antevenire, quo existimationem suam conservet. Virtutis & prudenter res est, injurias aliorum futuras civilitate, & gratia prævenire, & ex adversariis amicos facere, & existimationis defensores. [5] Præceptum.

(2) Vindictæ tamen atrociora exempla vide apud *Picc. Obs. Hist. Dec. II. c. 6.* male quidem, nam homines multo leves injurias altius demittunt, dum vindicant. *Sen. II. de Ira. c. 32.*

(3) Bene *Seneca*; Irascitur, inquit, aliquis? Tu contra beneficiis provoca: Cadit statim ab altera parte similitas; nisi par non pugnat. *Lib. 2. de Ira. c. 34.*

*CLXXXIII. Lenitatem (1) nimiam  
(2) fugere.*

**N**unquam irascens nulli est rei idoneus. Vacui ab affectibus ex veri (3) hominis natura parum habent. Is character autem non semper ex indolentia, sed saepius ex inhabilitate provenit. Actio hominis est perfecti justo tempore irasci. Aves, statuae sui similitudinem referenti, illudunt. Boni sensus est signum dulci amarum miscere. (4) Sola dulcedo tantum infantibus, & imperitis convenit. Malum magnum est nimia

(1) *Lénitas nimia est fugienda*, tanquam magnum malum. Illa autem nascitur, aut ex indolentia, aut ex inhabilitate naturae, quando adest est bona, ut irasci non possit; quæ quidem magnum malum est, quia talis homo per eam nulli rei est idoneus, veri hominis naturam, cui affectus insunt, non habet, imperfectus est, quippe sine sensibus, quibus male sola dulcia, non vero mixta placent. [6] Praeceptum.

(2) Aliis mitior est animus, plus quam debet, aliis severior, quam necesse est. *Sen. Rhet. lib. 9. contr. 16.* At hæc lenitas vitiioso lenititudinis nomine vocatur. *Cic. IV. Tusc. Qu.*

(3) Neque veri civis. Romani olim certum habuerunt, concedendo omnia, non mitiorem in se plebem, sed asperiorem, alia ex aliis iniquiora postulando, quum prima impetrasset, futuram. *Liv. lib. 4. c. 2.*

(4) Ita miscendum est acre dulci, ut neque delictum impune sit peccanti, neque Principem clementiae simul, ac severitatis pœnitentiat. *III. A. 13.*

mia sua bonitate in hanc sensuum vacuitatem incidere.

### *CLXXIV. Discendi (1) solicitus.*

**V**ita tota ferme *discendo* transitur.

Quam minimum vero est (2) essentiale, quicquid videmus. Fide aliena vivimus. *Auditus* porta est veritatis altera, & mendacii prima. *Veritas* quidem plerumque videtur, attamen raro auditur. Pervenit illa raro *pura* ad aures nostras, in primis eminus; tunc enim in ipso itinere tingitur ab affectibus, quos offendit. Placet illa, aut displicet, pro diversitate *colorum*, quos ei aut affingit, aut utilitas appingit, quæ semper eam nititur prævenire. (3) *Laudatorem*, multoque

(1) Pergit Autor agere de VI. virtute, sive *veritate*, de qua præcepta XIII. reliquit; Pertinet ea ad Homileticas Virtutes, & 2. alia, quæ sequuntur. [2] *In vita quidem Civili discere debemus*; quæ tota *discendo* transitur. Sunt enim infinitæ artes, & technæ, quas mendaces veritatis odio struunt, quæque in laudante, & criminante observandæ, ita tamen ut illius *finem*, & iustum in primis noscendo præveniamus.

(2) *In vita hominum frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sapissime.* Cic. ad Qu. c. 5.

(3) Sunt Principes versipelles, & veteratores, qui odium inimici ficta laude texerunt. Ita enim Tiberius Germanicum I. A. 25. Nero Senecam XIV. A. 56. Vettius Asiaticum XI. A. 3. pessime laudaverunt. Gruter. disc. Pol. c. 31.

toque magis *criminatorem* cave. Eam ad rem mente ejus opus habes, ut ejusmodi amplificatoris intentionem detegas, simulque primum ictum, quo ferire velit, notitia antevertas. Utere consideratione tua ad falsas, levesque *technas* (4) a bonis artibus discernendas.

**CLXXV.** *Non (1) mentiri, (2) neque tamen semper (3) vera dicere.*

**N**ulla res majorem circumspetionem, quam veritas poscit, quippe cordis  
ve-

Domitianus Agricola triumphalia ornamenta, multo verborum honore cumulata decerni jussit. *Agr. c. 40. n. 2.*  
*Pessimum inimicorum genus laudantes* dicit. *Ibid. c. 41. n. 1.*

Laudando & *criminando* validum commendat Tacitus Fabium; qui Manlium Valentem, bene de partibus meritum, nullo tamen apud Vitellium honore, secretis *criminationibus* infamaverat, ignatum, & quo incautior deciperetur, palam laudatum. *I. Hist. 62.*

(4) Lipsius triplicis generis *fraudes* docet, leves, medias, & magnas. *IV. Pol. 14. 2. 3. 4. 5.* Inde diffidemtiam, & dissimulationem, conciliationem, & deceptiōnem, perfidiam, & injustitiam numerat. *ibid.*

(1) Præceptum [3] veritatis, monens *mendacium esse cavendum*, quia existimationem Ministri evertit. Veritas circumspetionem requirit in *dicendo*, & *tacendo*; dicendo, quæ non sunt, fraudulentus homo, & tanquam *falsarius* habetur. Vera quidem non semper dicere licet.

(2) Aliud est *mentiri*, aliud *mendacium dicere*; Nam mendacium dicere aliquando sapienti concessum. *Quint. lib. 2. Inst. c. 18.*

(3) In pueris & agrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facili promittimus. *Id. lib. 12. Inst. Or. c. 1. Grot. de J. B. & P. III. 1. 12.*

venam sibi percuti sinit, quisquis eam dicit. Quanta ad dicendam eam, tanta ad conticendam etiam solertia requiritur. (4) Unico mendacio (5) amittimus, quidquid (6) boni nominis habemus. Fraus pro *falsa moneta* (7) habetur, & fraudulentus homo (pejus quod est) falsarius. Vera (8) non possunt semper dici; quædam, quia mihi ipsi; quædam, quia alii sunt utilia.

## CLXXVI.

(4) Licitum est non vera dicere, ubi honesto, & misericordi mendacio saluti civis calamitosi consultum esse velimus. *Cic. pro Ligar. Grot. l. c. §. 16. 17.*

(5) Mendacium est dolus noxius in verbis falsis. *Grot. l. c. §. 11.* Dolus autem committitur talis vel a fingeente scire, quæ nescit; vel a fingente nescire, quæ quis scit; Inde seu simulans, sive dissimulans pro vero falsum tradit. Simulatio vel in verbis, vel factis consistit. *Card. Arc. c. 52.*

(6) Principum simulantium exempla videmus in *Tibero I. A. 7. c. 11. & 12.* In *Cajo VI. A. 20.* In *Nerone XIII. A. 18. & XIV. A. 4.*

(7) *Cicer de Hortensio queritur*, cum summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana *sceleratissime, & insidiosissime* se tractasse. *Lib. I. Ep. 3. ad Qu. f.*

(8) De dissimulatione agitur *max. 182. b.*



*CLXXVI. Veri hominis (1) gloriam (2) habere.*

**Q**ui eam habet, (3) minimum contentus est iis, qui eam non habent.

In-

(1) Præceptum [3] Veritatis, dicens, *Veri hominis gloriam quærendam esse Ministro*, quia veram ei existimationem conciliat. Hominum enim genus triplex est [1] *veri*, quibus vera hominis dignitas inest, quique ideo prosperam fortunam merentur. [2] *falsi*, sive *manufacti*, qui non, quales veri sunt, seu qui videntur homines, neque sunt, qui dicuntur fraudes concipere, & fraudes parere. [3] *medii*, qui rei incertæ falsa specie, quæ magna, & veritati similis videtur obstinate hominibus nocent. *Discrimen inter veritatem, & fraudem multiplex est*; Veritas homini veram conciliat existimationem; fraus vero falsam; Illa veram utilitatem parit; hæc apparentem; Illa se ipsa freta, & secura; hæc fraudum aliarum accessione vix servatur; Illius fundamen stabile, hujus vero incertum; Illius initium bonum ad finem perducitur; mali consilii initium nunquam ad finem perducitur; Illa nihil amplius promittit, quam satis est; hæc vero plus promittit; Illa sufficit, & præstat, quæ debet; hujus vero species insufficiens, & quæ debet, non præstat.

(2) Cicero distinguit inter *virum bonum*, & qui *habetur talis*. *III. Off. c. 18.* Illum statuere difficile esse, quum ea res innumerabilibus officiis, & laudibus continetur. *Ibid. c. 19.* Dicit viro bono, quem Socrates novisset, nihil esse utile, quod honestum non sit; itaque eum non modo facere, sed *ne cogitare quidem audere* quicquam, quod non audeat prædicare. *Ibid.*

(3) Vir bonus est verus homo. Cicero speciem, formam, & notionem illius exprimit. Cadit ergo, inquit, in eum *emolumenti sui causæ mentiri*, criminari, præcipere, fallere? nihil profecto minus. *Ibid. c. 20.*

Infortunata est dignitus, (4) cui nihil veri inest. Non omnes semper sunt homines, qui videntur esse. Sunt enim quidam manu facti, Chimæras concipientes, fraudesque parientes. Alii sunt eis similes, qui autoritatem quidem sibi conciliant, & incerto potius pascuntur, a falsa specie promissio, multumque continente; quam certo, a veritate oblato, parumque apparente; attamen pervicacia illorum nititur ad malum, solido quoniam fundamento destituuntur. Sola veritas veram conciliat homini existimationem; simulque vera rei essentia, quæ in utilitatem vertit. Una *fraus* multis aliis opus habet, indeque omne ejus ædificium tantum est Chimæra; Hujus autem fundamen sicut est in aëre, ita necesse illud in terram corruere. Nunquam conceptum male *propositum* maturescit; multum quod promittit, ad imminuendam ejus fidem sufficit; *conclusio* nimium probans nihil omnino probat.

## CLXXVII.

(4) Quid est, quod afferre tantum utilitas ista, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni vi*nomen* eripuerit, fidem iustitiaeque detraxerit? quid enim interest, utrum ex homine se convertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat bellæ. *Id. ibid.* Hæc enim est Chimæra hominis, quæ vero homini opponitur.

CLXXVII. *Ludere* (1) *veritate.* (2)

**E**Quidem illa est periculosa , attamen homo bonus eam dicere non omittit. Cæterum ad eam rem opus est *arte*. Habiles animæ Medici omnia tentarunt, quibus veritas (3) dulcesceret ; quippe amaritudo est exquisitissima , ubi ea vivum attingit. **Q**amquam Prudentia omnem ea in re solertiam indicat ; quod eadem veritate uni blandiatnr , alterum vero occidat. Sub absentium , aut mortuorum nomine ad præsentes est loquendum. Bene vero rem intelligenti unicum tantum signum sufficit ; & quando id

(1) Præceptum [4] Veritatis est , monens , *veritate ludendum esse* , quia serius ejus usus homines offendit. Veritas si dicitur , est amara , & quia dulcescere debet in vita civili , solertia , & arte tractanda , ut *absentium* , aut *mortuorum nomine* ad præsentes loqui , alio quoque & *specioso modo* principibus vera dicere liceat , auro amaritudinem rerum speciose tegente.

(2) Infortunatus est Princeps , apud quem Ministri veritate ludunt. Apud Vitellium non valebant *vera dicturi* ; arcebant eos intimi amicorum Cæsaris , ita formati Principis auribus , ut aspera , quæ utilia , nec quicquam nisi jucundum , & læsurum acciperet. III. Hist. 56. 6.

(3) Lipsius verba ejusmodi byssina improbat , & vult , Principem arte intimos Ministerorum sensus elicere ; quosdam per interpositas personas ministros , quosdam ordine inverso , quosdam scripta in tabellis consilia poposcisse. III. Pol. 8. 12.

id vanum, remedium optimum erit file-re. *Principibus amara remedia non me-dentur*; (4) prudentiæ est pillulas iis  
(5) inaurare.

### *CLXXVIII. Simulare (1) ignoran-tiam. (2)*

**I**Nterdum doctissimus hominum hanc personam agit, & sunt occasiones, ubi *Scientia optima* in eo consistit, ut ignor-antiam simules. Non decet *ignorare*, sed ignorantiæ simulare. Parvi interest, apudne stultos docti, an apud fatuos prudentes simus? Cum quolibet secun-

O 2 dum

(4) *Svader Principi*, quod oporteat, multi laboris; *assentatio erga Principem* quemque sine affectu peragitur.  
*I. Hist. 15. 7.*

(5) *Bonus* est, quisquis cum Principe quam simplicissime loquitur; *malus*, qui libentius *cum fortuna ipsius*, quam *Principe ipso* loquitur. *Id. ibid.*

(1) *Præceptum [5] veritatis*, quod vult, *simulationem ignorantiae non esse omittendam*, ubi ea a magnis oportune suscipitur. Evidem candor hominum Ministro benevolentiam parit; attamen quando stulti & fatui ad-sunt, & plura querunt, quam licet, tuin doctissimi ho-minum, eo tempore simulant ignorantiæ, & cum eis secundum eorundem characterem est loquendum. Hæc enim est scientia optima; quippe aliud est ignorare, aliud ignorantiam simulare.

(2) *Britannico præcipiti veneno confecto*, quum auli-ci, quibus altior intellectus, resisterent defixi, & Nero-nem intuerentur, hic reclinis erat, & nescio similis.  
*XIII. A. 16. 4.*

dum characterem est suum loquendum. Non ignorat, qui ignorantis personam agit, sed qui manifestus est Ignorans; quippe ignorat, qui talis est, neque tam qui se fingit. Modus unicus, amorem sibi hominum pariendi, est hominis ex simplicissimi animalium pelle vestitus.

*CLXXIX. Sub specie (1) alienæ utilitatis suam invenire.*

**H**Oc est stratagema aptissimum ad desiderata obtainenda; & Religiosi ipsi hanc piam fraudem in rebus ad salutem necessariis docent. Hæc dissimulatio est utilissima, quia utilitas mente concepta velut esca voluntati alliciendæ infervit. Alii quidem prior videtur esse utilitatis suæ ratio, at umbra hæc tantum viam pe-

(1) Præceptum (6) veritatis, elegans, & dicit hoc stratagema non esse negligendum, tanquam rem aptissimam ad desiderata obtainenda. Est hæc dissimulatio subtilissima, in mente hominis acutissima, nempe religiosi, qui homini imprudenti, & fraudem non intelligenti, speciem utilitatis, & cuius prior ratio videtur, velut escam proponit, & voluntatem alienam scite fallit, ut suam ab ea utilitatem percipiat. Hæc pia fraus bene succedit, ubi non intelligitur; ubi vero prudentes adsunt, fraus ea infeliciter tentatur, in primis ubi contradic̄tio eorum metuitur; quibus tum finem fraudulentarum cogitationum non dicendum esse monet.

petitioni tuæ patefacit. Nunquam immitté te in *negotium* aliquod, & in primis ubi ex fundo periculum eminet. Interim quando tibi res est cum aliquibus, qui primo quoque *verbo negant*, eis finis cogitationum tuarum non est ostendendus, ne dissentendi argumenta videant; multoque minus quando eorum hac in re repugnantiam prævideas. Expedit hoc consilium illis, qui faciunt ex *mense sua*, quicquid volunt; & id quidem est subtilitatis selectissimæ.

*CLXXX. Contemnendo (1) ludere. (2)*

**V**Erum arcanum obtinendi res desideratas, est earum pretium imminuerre. Res quæsitæ plerumque non obtinentur; non curatæ vero sponte adveniunt. Sicut res mundanæ sunt umbræ cœlestium, ita umbrarum illæ proprietatem habent, ut sequentem fugiant, fugientem vero sequantur. *Contemptu*  
O 3 non

(1) Præceptum [7] veritatis, quod jubet *Ministrum interdum contemtu ludere*, velut arcano desiderata sua obtinendi. Vir magnus ubi calumniatores habet, qui se illi opponunt scribendo; eos astute contemtu ulciscitur, & oblivione, quæ invidiam infamant, & cruciant, existimationem vero illibatam, servant.

(2) Vide *Camer. Oper. Succis. Cent. 3. c. 59.*

non est ulla astutior ultio. Hæc est regula prudentum generalis, ut se nunquam *penna* defendant relinquentे tratus, majori inimicis qui vertunt laudi, quam crimini; hæc enim species defensionis majorem Invidiæ honorem defert, quam dolorem Insolentiæ inurit. Ea est *fraus* plebis, ut se viris magnis opponant, obliqua via sibi autoritatem circumdaturi, ad quam recta semita non perveniunt. Multi nunquam cogniti fuissent, nisi magnorum adversariorum scriptis nobilitati. Nulla est *oblivione* excelsior ultio; ea enim homines in pulvere nihili sepelit. Temerarii quidem æternitatem affectant, in mundi, & sæculorum miracula ignibus sæviendo. Ars calumniam retundendi est curam ejus abjicere. Ei respondens sibi præjudicium affert; qua in re qui se offendit, autoritatem tuam imminuit, Invidiæque porrigit, quo se oblectet. Hæc enim umbra defectus tantum est necessaria, ut si perfectam virtutem non obscuret plane, minimum tamen splendidam eidem speciem detrahat.

*CLXXXI.*



*CLXXXI. Dies (1) securitatis  
non habere.*

JUvat fortunam homines incautos op-  
primere, milleque finet abire occasio-  
nes, donec aliquando in improvidos ir-  
ruat. Mens, Prudentia, & Fortitudo,  
imo etiam venustas debent tentari, dies  
quoniam fiduciæ, alium diem autoritati  
damnosum parit. In necessitate maxi-  
ma semper cautio defuit. Incogitantia  
autem crura hominum inflectit, & sup-  
plantat. Cui accedit, quod *dolus* hic  
malitiae alienæ sit usitatus virtutibus su-  
bito illudendi, ut eas examine rigorosiore  
tentet. Dierum (2) solennitates tatis sunt  
notæ (3) & calliditas incogitantiam si-

O 4 mu-

(1) Præceptum [8] veritatis, dicens, *dies securitatis fugieudos esse*, velut maximum hominibus periculum affe-  
rens. Viri enim magni fiducia sui nimia, & incogitan-  
tia a malitia aliena simulante incogitantiam, die so-  
lenni, & qui maxima securitatis videtur esse, pernicio-  
sissimo, & dolo electo subito improvidi supplantantur,  
fallanturque.

(2) Olim Germanis festa nox, & solennibus epulis  
Iudicera. *J. A.* 50. 4. a Germanico turbata; *I. c.* 51. 1. 2.  
*Forstn. not. Pol. ad h. l.*

(3) Vide de laniana Parisensi Grammodum, qui spe-  
cie nuptiarum, ludicro ea die indicto, vocatos scri-  
bit sectariorum præcipuos, & Parisiis, simulque in pro-  
vinciis uno omnes ordine necatos fuisse. *Hyst. Gall.*  
*lib. VI.*

mulat; Verum illa (4) eligit diem, securitatis maximæ, quo omnia facienda tentantur.

### *CLXXXII. (1) Dissimulare. (2)*

**A**NIMI sunt labes affectus. Scientia usitatissima est ars dissimulandi. Lusum monstrans, lusum it perditum. Circumspectio (3) vero contra curiositatem pugnet. Qui verba adeo cominus scrutantur, erga eos animum tuum diffidentiæ, & præcautionis sepe (4) tege. Ne sen-

(4) Olim civilis primores gentis, & promptissimos vulgi specie epularum, sacrum in nemus vocavit. *IV. Hist. 14.*  
4. & ibi patris eos execrationibus adegit. *15. 1.*

(1) Præceptam [9] veritatis, *de dissimulando*, quod tanquam scientiae usitatissimæ est discendum. Sunt enim homines curiosi verba, sensus, & animum aliorum salutantes, quorum *fraudes contradictionis*, aut *adulationis* cavendæ, quibus diffidentia, & cautio opponendæ, verba, & sensus occultando, ne per affectus in animum descendant, & ministrum ita noscant.

(2) *Dissimulatio* differt a *simulatione*, quod *consistat* in his, quæ sunt, & nihil agat; hæc vero in his, quæ non sunt, & agat; illa mendacio propior, hæc venustrior; quanquam idem *finis*, scilicet fallere; *ususque* propriodem idem, erga domesticos insidiatores, aut Principes. *Card. Arc. Prud. c. 53.*

(3) *Specimen* ejus egregium, quo Tiberius erga Senatum Romanum, & alios est usus, ostendit *Bæcl. Comm.* in *Tac. I. A. 6. §. 3.*

(4) Utilissima est dissimulata subtilitas, quæ affectu appetit, habitu vero latet. *Sen. Rhet. lib. 1. Contr. Proæm.*

sensus tuos unquam cognoscant, ut te  
præveniant aut contradicendo, aut adu-  
lando. (5)

*CLXXXIII. Interdum (1) callide,  
(2) interdum candide (3) pro-  
cedere.*

**V**Ita humana est contra malitiam ipsi-  
us hominis prælium. In eo soler-  
tia hominis stratagemate intentionis, ar-  
morum loco, utitur. Nunquam agit  
ex studio illo agendi, quod ostendit; fi-  
nemque quidem sibi proponit, non ta-

O 5 men

(5) Species & quasi finis ejus est *occultatio*, quæ vel  
fit tacendo, & silendo, vel fit alia agendo, dicendoque;  
illa facilior, & decora magis, & facile detegitur; hæc  
tutior, sed turbulentia. *Card. Arc. l. cit.*

(1) Præceptum [10] veritatis, de utenda *calliditate*,  
& *candore*, velut artibus contra militantes in vita civili  
necessariis. Putat illa esse *utendum*, ubi fraus nobis al-  
terius erit *vestiganda*: Nam noscenda primum est sedali-  
lis astutia, & simulatio ejus *callida occultatione* sui ver-  
bis dissimulationis, quæ mentem ejus divertunt, intel-  
lectu responso contrario inquiritur, & intelligitur. [2]  
Credit *candorem postea adhibendum*, ut fraudem alterius  
resolvat. Candor autem in eo consistit, ut observet  
alterius verba, sensus, & animum, & ubi satis ejus in-  
terna perspexit, quo major obscuritas, eo maiorem lu-  
cem adhibeat, quoque maiores sunt agendi fraudes, eo  
majori eas candore resolvat.

(2) Nihil proficit *simulatio*, paucis imponit, leviter ex-  
trinsecus inducta facies. *Sen. ep. 79.*

(3) Ne in personam diu ferre potest, & ficta cito in na-  
turam suam recidunt. *Sen. lib. 1. de Clem. c. 1.*

men aliam ob causam , quam ut aspici-  
entium oculos fallat. Verbum primum  
projicit , & postea rem hominibus inco-  
gitatam peragit. Evidem verbum ali-  
quod profert , ut exspectationem suorum  
rivalium divertat ; attamen dum hi cogi-  
tatis insistunt , ille statim incogitata per-  
ficit. Igitur a fraude sibi cavens *frau-  
dem* sodalis sui sanis consiliis antevertit.  
Semper contrarium illi intelligit , intel-  
ligi quod vult , indeque statim *simula-  
tionem* detegit. Primam conjici in se  
sinit petitionem , ut alteram , ultimam-  
que eo firmiori pede exspectet : Postea  
vero , artibus ejus cognitis , dissimula-  
tionem intendit , veritate ipsa ad fallen-  
dum utendo. Mox lusum , certamen-  
que mutat , ut fraudem mutet. Ars enim  
ejus est arte carere , omnisque ejus astu-  
tia in eo consistit , ut a dissimulatione ad  
*candorem* transeat. Quicunque observat  
eum , neque expers est perspicaciæ , no-  
scitque rivalis sui soleritiam , ille sibi ca-  
vet , & tenebras luce vestitas detegit.  
Modum agendi resolvit occultiorem , quo  
major omnino illi candor inest. Et ta-  
lem in modum contra *candorem* Apol-  
linis olim *Pythonis astutia* pugnavit.

**CLXXXIV.** Ex secunda (1) intentione agentes cavere.

**H**Æc est astutia hominis versantis in negotiis, divertendi voluntatem, ut eam oppugnet; quæ vincitur, simul ac convincitur. Eo ut perveniat, consilium suum *dissimulat*; seque locat secundum in ordine, ut primus sit in exequendo; successum autem rei ob adversarii imprudentiam non desperat. Atque tum quidem ne sine dormire *attentionem* tuam, quum rivalis tui intentio adeo est excitata. Et si deinde intentio secunda est in dissimulando, *discretio* prior sit in advertendo. Cautionis enim est, (2) artificium personæ detegere, ejusque intuitus notare, qua re finem velit consilii

(3)

(1) Præceptum [11] veritatis, *de cavendis ex secunda intentione agentibus*, quia dissimulant. Homines præstici, astuti, prima vice delusi, ex secunda intentione agunt, dissimulant consilium suum, & voluntatem alterius divertentes, in primis adversarii imprudentis, ad finem pervenire volunt. Tum quidem intentioni illorum attentio, & dissimulationi *discretio* opponuntur; Hæc est artium personæ, intuitus circa finem, consilii ejus prætextus, modorum agendi, directorum, & obliquorum providentia in largiendo, solers discussio, & consideratio.

(2) Hæc *obstructio* nec diurna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici non posset. Cic. pro Sext. c. 9.

(3) sui attingere? Quemadmodum rei propositæ aliam prætexit, meatque, & remeat, ut callide ad finem suum perverniat; eodem modo videndum est, quid ei largiaris; quin expediet interdum eum non cellare, mentem ejus non amplius obscuram tibi esse.

*CLXXXV. Contentum (1) se ipso  
animum (2) non osten-  
dere. (3)*

**S**E ipso non contentum esse, infirmitatis; *contentum* vero, est stultitia. Nascitur hæc animi quies in plurimis hominum ex *Ignorantia*, tenditque ad Sortis cœcitatem, custodem quidem voluptatis, non tamen conservatricem Existimationis. Cum eminentes aliorum vir-

(3) Quod parturit animus, tandem parit. *Liv. lib. 21. c. 18.*

(1) Præceptum [12] veritatis, est de animi re concentri fugienda ostensione, quia Ministri existimationem minuit. Illa animi quies est *stultitia*, quæ ex Ignorantia nascitur, qua quis sibi blanditur; Inde contingit, ut sibi non diffidens, & dormitans, negotia, aliis alia circumstantiis, non regens, infausto consilia sua successu multari videat.

(2) Nos omnes multa videri volumus velle, quæ nouimus. *Sen. ep. 95.*

3. Prudenter ab inquieto sæpe simulatus qui es; & contra. *Sen. Trag. Ord. Act. 3.*

virtutes rārum est cognoscere; ideo quisque suis quamquam mediocribus, aut vulgaribus gloriatur. *Diffidentia* semper prudentissimis fuit utilis, aut ad successum negotiorum cautione dirigendum; aut successu desperato ad consolacionem sui; quippe malo, quod quis prævidit, adveniente, minus homo affligitur. Interdum etiam Homerus ipse dormitat, & Alexander solio M̄jestatis suae descendens, imbecillitatem suam agnoscit. Ex multis pendent circumstantiis *negotia*, & quod uno tempore bene, idem alio male successit. Stultorum vero emendatio, quod desperetur, causa hæc est, quod cogitationes suas vanissimas in flores convertant, granis eorum semper herbescentibus.

### *CLXXXVI. Stultitiam (1) commissam occultare.*

**S**I affectus, certe multo magis *vitiæ* (2) sunt occultanda. Homines quidem

(1) Præceptum [13] veritatis, quod monet *occultari* debere *stultitiam commissam*, quia existimationem Ministri obscurat. Vitia enim commissa Prudens tegit, & simulatione quasi involvit, quoniam vulgata virum magnum obscurant; Occultentur ea, ut nunquam ea amicis confidantur se ipsum Prudens ea celet, immo plane obliviscatur.

(2) Ludificatio veri nonnunquam in verum vertit. *Liv.* lib. 25. c. 6.

dem omnes peccant, attamen hoc discri-  
mine, ut prudentes tegant peccata, stul-  
ti vero commissam adhuc *indicent*. Ex-  
stimatio potius in modo agendi, quam  
actione consistit. Monet proverbium :  
*Si castus non es, castitatem simula.* Vitia  
magnorum hominum tanto sunt notabi-  
liora, quanto magnorum luminum de-  
fectiones sunt illustriores. Quantacun-  
que sit tibi cum aliquo amicitia, nun-  
quam ei vitia tua confide; eadem, fie-  
ri si potest, te ipsum *cela*: Aut mini-  
mum poteris uti altera vivendi regula,  
quæ in *obliviscendo* consistit.

### *CLXXXVII. (1) Civilitatis fa- mam (2) querere.*

**A**D applausum hac tantum re indiges.  
Honestæ vitæ pars princeps est (3)  
*Hu-*

(1) Nunc agit Autor de VII. Virtute, sive *Humani-  
tate*, de qua XVI. præcepta reliquit: Hæc autem Vir-  
tus Homileticarum est altera. [2] Quærenda est *Hu-  
manitatis fama Ministro*, tanquam hominum sibi applau-  
sum pariens. Sicut rusticitas hominum & contemtu,  
& odio multatur; ita Humanitas honore, & amore ho-  
minum pensatur.

(2) Humanitas varia habet nomina, & a modo con-  
vivendi dicitur *facilitas*; a parte, *affabilitas*; a per-  
sona, & officio *civilitas*, ab elegantia & arte *comitas*  
dicitur.

(3) Humanitas verbis, rebus, affectibus se comem, fa-  
cile inque præstat. *Sen. ep. 88.*

*Humanitas*, & species illecebrarum, qua nobis omnium amorem paramus; quum contra *ruflicitas* omnium odio, contemptuque homines multet. Incivilitas ubi ex *superbia* nascitur, odio; si vero ex *ruditate* agresti, contemptu digna habetur. *Nimium* quidem Civilitati convenientius, quam *parum*; attamen ne degeneret in *injustitiam*, erga omnes *æqualis* esse non debet. Tantæ ejus sunt (4) vires, ut *inter hostes* etiam valeat recepta. Constat parvi, magni tamen yalet. Elegantiam enim, & Civilitatem id sequitur *commodum*, ut ex eis *gloria* *omnis* autores suos maneat.

### CLXXXVIII. *Nimia* (1) *humanitate* *non delectari*.

**H**Æc est species (2) *fraudis*. Quidam Thes-

(4) Humanitatis dulcedo etiam efferrata Barbarorum ingenia penetrat, torvosque & truces hostium oculos molit. *Vall. Max. lib. 5. c. 1.* Non enim illi est difficile & arduum inter arma contraria, inter districtos cominus mucrones placidum iter reperire. *ibid.*

(1) Præceptum [2] Humanitatis; & Autor dicit, non delectari Ministrum debere *nimia Humanitate*, quia species illa fraudis habetur. Est Minister, qui reverentia, & mollibus verbis homines aucupatur, postea credulis iis, stultisque ventum solvit; quæ affectata humanitas, quia inusitata, fraus est, qua turpiter se subjicit fortunæ alterius, tantum ut *commodum* inde speratum aucupetur.

(2) *Humanitas* viro magno digna sit; non infuscata

Theſſalīæ herbis ad incantandum opus non habent, quia ſtultos, & ſuperbos foliſ reverentiæ illecebris fascinant. Ex honore mercedem faciunt, & mollium verborum *vento* hominibus ſolvunt. Qui-cunque *omnia*, *nihil* promittit, & quoſ ſunt *promissa*, totidem ſtultis gressuſ inde lubrici oriuntur. Vera humanitas in debitum abit; *affectata* autem, inuſitataque fraud exiſtit. Non enim ea eſt honestatis, ſed *ſubjectionis*; neque perſonam reverentur, ſed fortunam; qui ppe *adulatio* (3) eorum non eſt notitia meriti, ſed aucupium utilitatis ſperatae. (4)(5)(6)

## CLXXXIX.

malevolentia, non aſueta mendaciis, non fallax, nee fu-  
cata, non erudita artificio ſimulationis, vel ſuburbano,  
vel urbano. Cic. pro Planc. c. 13.

(3) *Adulatio* magnæ fortunæ comes eſt. Vell. lib. 2. c.  
104. & perpetuum regum malum. Curt. l. 4. c. 5.

(4) Habent hoc naturale *blanditiæ* in ſe; etiam quin reſiciuntur placent; ſæpe exclusæ noviſſime recipiantur. Sen. I. 4. Qu. Nat. proœm. Adulatio apertis & proprie-  
tiis auribus recipitur, & in ima præcordia deſcendit. Sen. ep. 45.

(5) Caveat quilibet, ne adulatoribus latus præbeat;  
par illis, etiamsi bene caverit, non erit. Sen. I. 4. Qu.  
Nat. c. 5. Ministro vero miniſte malum illud conve-  
nit; quod Cicero non longe dicit abeſſe a ſcelere. lib. 13.  
ep. 30. ad Att.

(6) Adulator eſt, qui aſſentatur ob utilitatem ali-  
quā in pecunia aut opibus conſequendis. Arist. IV.  
Nic. c. 12.

# CLXXXIX. Mollia (1) verba (2)

Sagittæ corpus humanum; *argutiæ* vero animam perforant. Farina bene parata bonum edit saporem. (3) Ingens vitæ humanæ est peritia, *aërem* gnaviter scire vendere. Verbis ferme omnia solvuntur, verbaque sufficiunt, ut te negotio non possibili liberes. Nobis sunt in *aëre* cum *aëre* *commercia*, & magni est roboris halitus balenæ. Os semper sacharo plenum sit, quo sicut verba condiuntur, ita *inimici* illis delectantur. Non est

(1) Praeceptum [3] Humanitatis, *de Affabilitate*, quæ amplectenda est Ministro, ut hominibus amabilem se reddat. Mollia verba animos hominum perforant, & placent omnibus. In vita fallaci enim *aërem* vendere, & solvere potest; & mollia verba Ministrum negotiis difficillimis subducunt. Est Affabilitas vitæ diuturnæ, & sacharo verba sua condiens, & in pace *cives*, & in bello *hostes* sibi devincit.

(2) Seneca Ministrum sermone *affabilem*, & accessum facilem commendat. *lib. 1. de Clem. c. 13.* Livius talem *comitem* *facilem* appellat. *I. 7. c. 33.*

(3) Germanici ea laus fuit, ut de eo *comitas* in socios, & mansuetudo in hostes diceretur; quippe visu, & auditu venerabilis erat. *II. A. 72.*

**e**st aliud præceptum, (4) quam *affabilitatis*, quo amabiles fiamus. (5) (6)

**CXC.** *Autoritatem (1) suam (2) uni congressui non expōnere.*

**C**ongressus ille si *male* finitur, *damnum* illud est irreparabile. Accidit sæ-

pe,

(4) De *Tito Vespasiano* Tacitus; *majore tuin vi*, inquit, *famaque agebat*; certantibus provinciarum, & exercituum studiis; atque ipse, ut superior sui iam crederetur, *comitate*, & *alloquis* officia provocando *decorum* se, *promptumque* in armis ostendebat. *V. Hist. 1.*

(5) *Absit asperitas*, *absit superbia*; nec timueris contemnitum. An contemnitur, qui fasces habet? nisi qui *humilis*, & *sordidus*, & qui se primus ipse contemnit. *Plin. lib. 8. ep. ult.*

(6) Bene *Guicciardinus*; *Incredibile est*, quanta gratiam & favorem hominum *blanditiae* & *verba* *humanitatis* plena concilient. Unusquisque enim honorificentius de se existimat, ac majoribus honoribus se dignum censet, quam meretur; itaque indignatur, si alios non ita magnifice de se sentire, quam meritis suis deberi sibi persuadet, intelligat. *Hypom. Polit. s. 58.*

(1) Præceptum [4] *Humanitatis*, monens, ne *Minister congressui uni existimationem suam exponat*, sicuti *damnum ejus irreparabile metuat*. Non quolibet enim die par est negotiis, neque negotia omnia ob certos casus successus sui sunt certa; igitur si prima vice lapsus sit, in secundo congressu plura agat, & existimatione sua ita consulat.

(2) Nec Principis sui. *Piccart. Obs. Hist. Dec. II.*  
c. 113.

pe, ut homines semel , & in primis prima vice labantur. Non sumus quolibet die pares negotiis , indeque vulgo dicitur , *diem hunc nostrum non esse.* Igitur danda est opera, ut prima vice , si lapsus fueris, ejusmodi culpam deinde resarcias ; aut ut primum spondeat pro secundo , quod non succedit. Recurramus semper oportet ad *meliora* , & a multo ad *plura* provocemus. Ex certis casibus fortuitis , imo plurimis, pendent negotia , quorum successus propterea ratae fortunæ habetur.

### CXCI. *Aditum* (1) *non dengare.*

**I**N turba hominum maxima veræ , bruta tæque sunt bestiæ. (2) *Aditus difficilis*

P 2

(1) *Præceptum [5] Humanitatis*, de fugiendo vitio , quo *Minister hominibus aditum denegat*. Qui enim ad honores humanitate pervenit , postea omnibus licet inservire deberet , tamen officium cum moribus mutavit , & neminem admittendo , neque audiendo homines a se deterret , & alienat . cuius superbia , & malitia dignæ sunt ultione publica , ut in solitudine stultitiae suæ ridendus , & fugiendus relinquatur.

(2) *De Agamemnone* scitè Tragicus ; Moribus quærens imperium a vulgo redimere ; deinde postquam potitus est imperio , mutans mores , amicis non amplius fuisti , sicut ante , amicus ; *difficilis adieu* , & rarus intra claustra ; virum vero non decet probum res magnas gerentes , & imperio dedecoratum mores mutare. Eurip. *Iphig. in Aul.* v. 357.

cilis vitium est eorum, quorum mores sunt mutati ab honoribus. At non nobis ita paramus (2) Autoritatem, alios deterrere incipiendo. O quam pulchrum est intueri *monstrum* ejusmodi intractabile, (4) moresque insolens assumptæ insolentiæ considerare! Quicunque infelicitter illis indigent, ad audientiam eorum, & metu, & præcautione, velut ad pugnam tigrium, armati eunt. Locum suum donec ascenderent, hominibus omnibus blandiebantur; eodem vero potiti ad sumendam de hominibus ultionem alios videntur provocare. Equidem officium eorum posceret, (5) ut omnium usui paterent, sed superbia eorum, malignitasque animi id efficiunt,

ut

(3) Imperium facile *bis arribus* retinetur, quibus initio partum est: Verum ubi pro labore desidia, pro *continentia*, & *equitate* libido atque superbia invadere; fortuna simul cum moribus immutatur. *Sal. Bell. Catil. Proœm. c. 2.*

(4) Male olim *Pausanias* aditu se difficultem præbebat, & iracundia adeo gravi in omnes pariter utebatur, ut nullus posset accedere: quamobrem etiam potissimum socii ad Atheniensium partes transferunt. *Thucyd. de B. P. lib. 1.*

(5) Bene *Cicero* ad fratrem; facillimos *aditus* ad te volo, patere *aures* tuas querelis omnium, nullius inopiam, ac solitudinem neque populari tribunali, neque domo quidem tua, aut *cubiculo* esse exclusam. *lib. 1. ep. 1.*

ut studiis nullius inserviant. Vera autem eos ulciscendi ratio est , eosdem solitarios relinquere ; nunquam enim illi in solitudine sapient.

### CXCII. Non (1) molestum esse.

**H**omo tantum de uno negotio , (2) aut semper de eodem loquens , plerumque homines fatigat. Aptior negotiis est brevitas , quæ delectando lucratur , quod parcendo perdit. Quod bonum , bis est bonum , si breve ; & pariter quod malum , minus est tale , si parum mali habet. Guttæ selectissimæ plura , quam magnæ potiones efficiunt. Veritatis est approbatæ , magniloquum virum raro habilem esse. Sunt , Universitati qui majori oneri ; quam honori sunt ; centonibus similes , in plateam jactis , & pe-

P 3 di-

(1) Præceptum [6] Humanitatis , vetans , ne quis Minister molestiam exhibeat , magnis & publicis negotiis impedito. Non enim importune ad eum quis accedat , & ubi accessus permittitur , studeat , ut paucis brevibus , & selectissimis verbis rem suam proponat ; qui enim verbosus , de una aut eadem re nimia dicit , is Minister est oneri , & tanquam ex ædibus protrudi meretur.

(2) Interdum multitudo verborum vim quandam habet , si concinna , & de re non magna fuerit ; at apud leves auditores ; apud magnates nugacis nomen ei verendum est , qui de communibus multa loquitur. Card. Arc. Prud. c. 61.

dibus quorumcunque e via propulsis.  
Homo prudens caveat; ne importune ad magnos accedat, magnis negotiis impeditos; præstaret enim omni potius reliquo mundo, quam uni soli hujus generis viro molestiam creare. Quidquid paucis, bene dicitur.

### CXCIII. Non satiatos (1) a se dimittere.

**L**abiis nectare tinctis homines (2) dimittere convenit. Desiderium mensura est æstimationis. Etiam fitim corporis conservare, & non plene extingue-re, est boni gustus artificium. Bonum duplicitate tale est, ubi rarum. Magnum est, quod ei altera vice decedit. Uſus-fructus nimis plenus, est periculosus, quia causa est, quod perfectionem maximam te-

(1) Præceptum [7] Humanitatis est, quod vult, Ministrum non debere homines satiatos a se dimittere, quoniam existimationi suæ ita male consulit. Aut enim hominibus plene satisfacit, & fruendi rædio homines rem optimam contemnunt; simulque Ministrum; Aut non plene eis satisfacit, eosque insatiatos dimittit, ii fruendi cupidine rem illam quærēnt, simulque Ministrum honorabunt. Igitur prudentis est, desiderium in animis hominum excitare, iisque partem unam post alteram ministrando, duplicitate illis satisfacere, simulque existimationem suam solerter conservare.

(2) Cicero vult a fratre Quinto homines amiores discedere, quam accesserint. L. 1. ep. 1.

temnamus. Placendi regula unica est, invenire *appetitum*, quem non satiatum dimisisti. Excitari autem ubi eum oportet, potius *impatientia* desiderii, quam fruendi tædio excitetur. Felicitas, labore parta, dupliciter satisfacit.

### CXCIV. (1) *Morositatem* (2) *fugere.*

**N**Unquam horrorem provocato, quippe vel non vocatus advenit. Multi gratis oderunt, neque quomodo, neque quare scientes. *Odium* benevolentia humana est promptius, animusque proclivior ad nocendum, quam inserviendum. Quidam cum omnibus (3) simultates exer-

P 4 cere

(1) Præceptum [8] Humanitatis est, de *Morositate Ministro fugienda*, quia odium hominum provocat. Horrent homines sponte morosum, & facile eum oderunt, animo mortalium ad nocendum, & ad rixandum valde proclivi. Ad morosos autem pertinent *calumniatores*, & *superbi*, & *cavillatores*, & *singulares homines*, qui nihil in vita estimant. Æstimantes alios fortunati sunt, & vicissim ipsi æstimantur.

(2) Multi dum verentur, ne gratia hominum nimium impertiri videantur, *sinisteritatis*, atque *malignitatis* famam consequuntur. *Plin. lib. 9. ep. 5.* Ad illos autem morosus pertinet, delicatum iracundiae genus. *Sen. l. 1. de Ira. c. 4.*

(3) Haut quaquam aulæ & assentantium ingenio accomodatus est. *Curt. l. 8. c. 9.* Quippe *parrioris iræ*, cui non magis est tutum blandiri, quam maledicere. *Sen. l. 3. de Ira. c. 8.*

cere gestiunt, seu contradicendi studio, seu tædio; ubique odium eorum animos occupavit, æque difficile est illo affectu eos, atque errore liberare. Homines prudentes metuuntur; calumniatores odio afficiuntur; superbi contemnuntur; cavillatores horrentur; singularesque qui sunt, ab omnibus aliis deseruntur. *Aëstimare* ergo debes, si vis æstimari. Faber fortunæ suæ omnia æstimat.

*CXCV. Noste* (1) *æstimare.* (2)

**N**on est quisquam, quin aliqua in re alio possit iuperior esse. Quicunque excellit, (3) semper aliquem se excellen-tio-

(1) Præceptum [9] Humanitatis est, quod dicit, *æstimandi scientiam Ministro*, tanquam viro prudenti propriam, competere. Prudens vir æstimat eos homines, quos se aliqua in re superiores, aut excellentiores invenit. Seit autem eos æstimare, quia quantitatem boni in illis colligit, & ex interno boni valore de pretio hominum judicat: quod quidem prudenti, non vero stulto, convenit.

(2) Morbum puto, non hilaritatem, semper arri-dere ridentibus, & ad omnium oscitationem ipsum quo-que os deducere. *Sen. l. 2. de Clem. c. 6.* Nihil enim est inamabilius, quam diligens stultitia. *Sen. Rhet. l. III. c. 18.*

(3) Plerumque eos viros homines suspiciunt, in quibus existimant, se excellentes quasdam, & singu-lares virtutes perspicere; despiciunt autem eos, in quibus nihil virtutis, nihil nervorem putant. *Cic. II. Offic. c. 20.*

tiorum invenit. Utilis est scientia, quodlibet in quoquo homine bonum valens colligere. Prudens omnes homines *aestimari*, quia scit, quantum quilibet boni habeat, quantique res *interna* *aestimatio*ne valeant. Stultus neminem *aestimat*, quia bona ignorat, semperque pessima eligit.

### CXCVI. *Nihil* (1) *ex vulgari habere.*

**O** Quam sanæ mentis ille erat, cui placere pluribus grave videbatur! Communi vulgi applausu Prudens non delectatur. Sunt chamæleontes, quorum palatum *vulgaria* (2) adeo afficiunt, ut aërem crassiores haurire malint, quam gratos Apollinis *Zephyros* odorari. Vulgi miraculorum intuitu ne te sine occœcari. Ignorantiae propria est admiratio. Ubi vulgi stultitia stupet, inde prudentis *discretio* noscitur.

### P 5 CXCVII.

(1) *Præceptum* [10] *Humanitatis* est, volens, *vulgaria non aestimanda esse*, quia sanæ viri menti adversantur. Prudens aërem crassiores a *Zephyris* Apollinis distinguit, & quia miracula vulgi a rebus rarissimis discernit, iis, sicut *vulcus* non occœcatur, neque ea admiratur, aut ad ea stupet.

(2) Olim Scytha quidam, quum captivum haberet *Ibineniam zibicinem*, jaravit, se libentius audire *binnitum equi*. *Plut. de Fort. Al. 20. 2.*

## CXCVII. *Rem multis (1) placentem non (2) damnare.*

**O**Porter esse aliquod *bonum*, quoniam tot, tantique homines eo sunt contenti; & licet illud non explicetur, eodem tamen frui non intermittunt. *Vitæ singularis affectatio semper est odiosa, & ridicula*, quando bono fundamento destituta. Iila potius hominem, quam rem, circa quam versatur, infamia notabit, indeque homo sensibus suis corruptis solus relinquetur. Qui discernere bona non valent, judicii sui exiguitatem occultent, neque tam temere damnare rem audeant. Nam pravus plerumque sensus ex *Ignorantia* nascitur. Quod omnes affirmant, illud aut tale est, aut tale videtur esse.

## CXCVIII.

(1) Præceptum [11] Humanitatis est, quod suadet Minister, ut caveat *rem multis placentem damnare*: Nam est res odiosa, & ridicula. Est hæc vitæ singularis affectatio, temere rem multis placentem improbare; & ignorantia, pravisque sensibus eo usque indulgere, ut judicii sui in damnando exiguitatem prodat; quod enim omnes bonum putant, illud aut est, aut videtur tale esse.

(2) Tacitus *de Pisone* a Galbo adoptato; aestimatione, inquit, recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur. *I. Hist.* 14. 4.

*CXCVIII. Statim (1) cuiuslibet rei  
bonum (2) invenire.*

**O**ptimum hoc *recti sensus* est argumentum. Apis statim ad dulcia se confert, ut inde mella; & vipera ad amara, ut inde venenum legat. Eodem modo se sensus habent, & quorundam optimis, quorundam vero pessimis rebus adhærent. Rebus omnibus aliquid boni inest, in primis *libro*, plerumque industria conscripto. Quidam tam perversa sunt mente, ut mille inter virtutes unico, qui forsitan invenitur, defedui adhæreant, neque alia de re unquam loquantur; quasi necesse sit eos receptaculū alienarum voluntatis, mentisque formidum existere; tantumque de nævis alienis, quos vident, rationum libros habere: quæ res potius male discernentis ani-

(1) Præceptum [12] Humanitatis, monens, Ministrum debere *cuiuslibet rei bonum statim invenire*, quia *recti sensus* illud est argumentum. Ut animalium sensus diversi, ita etiam hominum, qui diversis rebus, aut virtutibus, aut vitiis adhærent; illud subtilitatis, hoc male discernentis animi exercitium habetur, vitam hominis non prosperans.

(2) Id, in quo *Prudentia* versatur, & quod assequi vult, debet aptum & accommodatum *naturæ esse*. Cic. lib. 5. de fin. sive quod justum, & honestum, & homini bonum. VI. Nic. c. 13.

nimi calamitas est , quam subtilitatis exercitium. Hi sane vitam suam male transfigunt , quia rebus malis nutriuntur. Et fortunatiores sunt , qui mille inter defectus statim unam *Virtutem* , vel casu inventam , detegunt.

**CXCIX.** Non esse (1) ad culpandum (2)  
primum.

**H**OMINES sunt quidam *asperi* , qui non affectuum , sed indolis impulsu omnia crimina existimant. In nonnullis , quod egerunt , in aliis , quod sunt acturri , omne condemnant ; omneque adeo exaggerant , ut ex atomis conficiant trabes , quibus oculos effodiant. *Indoles* eorum pejor , quam crudelior vellet campos Elysios in triremes convertere. Quando vero *affectus* naturae conjungitur , tum demum summo rigore judicant.

Ali-

(1) Præceptum [13] Humanitatis est , quod vetat , *Ministrum primum esse ad culpandum* ; quippe ea resibi odium hominum parit. Sunt enim quidam homines asperi , vel indole , vel affectu , vel utroque , qui rigorose de rebus minimis judicant ; qui non , ut mites , amore digni , quod animo ingenuo , de actionibus benignè judicent.

(2) Quamvis vitium sit satis commune ; & in primis in aula , ubi ad *reprehendenda aliena dicta* , & facta ardet omnibus animus , vix satis apertum os , aut lingua prompta videtur. *Sall. Orat. I. ad Cæs. fin.*

Aliter quidem animus *ingenuus* judicat, & benigne de actionibus, si non ex do-lo, saltem tamen ex culpa, judicat.

CC. *Maledicentiam* (1) *fugere.*

**M**alæ famæ signum est, famam (2) quemcunque juvat alienam immi-nuere. Quidam lavare, aut minimum occultare *maculas* suas vellent, alienas notando. Stultorum solatio utuntur ad dolores de vitiis cum aliis sibi com-munibus minuendos. (3) Habent illi semper os *fætidum*, tanquam (4) fôrdium

ci-

(1) Præceptum [14] Humanitatis, quo Minister mon-  
netur *Maledicentiam fugere*, tanquam infamiae signum.  
Infames enim alterius famam minuunt, alienasque ma-culas notare amant; Cloacæ fôrdium alienarum, & vitio-  
rum receptacula, omnibus hominibus infesta.

(2) Demetrius olim contra maledicos; quanta demen-tia est vereri, ne ab *infamibus infameris?* Sen. Ep. 91.  
Nam ut quisque contemptissimus, & ut maxime ludibrio est,  
ita solutissimæ est lingua. Sen. de Tranq. c. 9.

(3) Maledicentiae fœditatem, ejusque pœnas notabiles  
tradidit Picc. Obs. Hist. Dec. VIII. c. 10.

(4) *Historici libert's maledicentiae similis* habita a  
principe non punienda est, quoniam prudenter dissi-mulando supprimitur. Scripta enim *spreta* exolescunt;  
si irascare, *ognita* videntur. IV. A. 34. 9. Malo olim  
Patres Romani libros *Cordi cremandos* censuerunt; sed man-sere occultati, & editi. Punitis enim ingeniis gliscit au-toritas, & reges in illa *sevitia* utentes nil aliud, nisi de-decus sibi, atque illis *gloriam* pepererunt. Ut bene Ta-citus IV. A. 35. 5.

civilium cloacam. Quanto plus sordes subruimus, tanto plus in eas irruimus. Pauci sunt sine *vicio* nativo, seu dextero, seu sinistro. In parum notis vitia sunt ignota. Vir prudens ne sit *catastrum* maledicentiæ; quippe in vitia in exemplar injucundum, & exanime molestiæ transfiret.

### CCI. *Nomen (i) maledici fugere.*

**N**E *flagellum* humanitatis habearis. In damnum aliorum ingenium ne exerce; ne odiosus, & fastidiosus aliis efficiaris. Quisque maledicum *ulciscitur* male de eo loquendo; & sicut solus est, ita citius vincetur aliis, qui numero superiores non convinentur. Circa *malum* unquam neque gaudium, neque commentatio versentur. Maledicum æterno odio prosequimur; & si viri magni interdū cum eo sunt, potius voluptatis cupidine id agunt, argutias ejus audiendi, quam honore aliquo, quo eum affiant.

Male

(i) Præceptum [15] Humanitatis est, mouens Minister, fugiendum esse nomen maledici, tanquam odio æterno plenum. Homo enim ingenium suum in damnum aliorum exercens, est *flagellum humanitatis*, quod quilibet male loquendo *ulciscitur*, & quod male loquendo efficit, ut aliis de se pejora loquantur.

Male (2) qui loquitur , ille efficit , ut  
alii pejora de se loquantur.

## CCII. Contra (1) calumniam muniri.

**V**ulgus sunt multa capita , & linguae,  
multique etiam oculi. Illis linguis  
unus tantum sufficit rumor malignus ,  
ad existimationem maximam obscuran-  
dam ; & si rumor ille in jocularium (2)  
cognomen abit , actum est de existimatio-  
ne

(2) Bene *Augustus* , quin audiret , *Ælianum* quendam  
male de se loqui solere , faciam , inquit , sciat *Ælianu*s ,  
& me linguam habere. *Suet. Aug. c. 51.*

(1) Praeceptum [16] Humanitatis est , de munimento  
contra calumniam quærendo , quæ existimationem Ministri  
obscurat , & evertit. Vulgus enim insanum , videns næ-  
vos oculis , & Invidiæ obnoxios , quum casu inveniatur ,  
qui vocula una dieterio occasionem præbeat , cognomen  
inde infame Principi , aut Ministro indit , simulque existi-  
mationem corum facillime evertit. *Fama mala* facile na-  
scitur , & crescit ; nascentem prævenire facilius est , quam  
natam opprimere.

(2) *Cognomen ridiculum* si possent nonnunquam fu-  
gere principes , malum dignitati suæ perniciosissimum ,  
certe ii fortunati essent ; At malitia subditorum ple-  
rumque malum illud est effectus : olim enim in Gallia  
quorundam astutia effectum fuit , ut , *potentia* , regni  
imminuta , cognominum ignominia dignitas regum de-  
iceretur. Igitur tum Principes suos *balbos* , *calves* , *sim-  
plices* , *crassos* , & *ignavos* perfidia subditorum cognomi-  
navit , & interim eversi regni opimis ruinis solerter frui-  
ta est. Vide de cognominibus regum *Pufend. Intr.  
cap. 5. §. 5.*

ne, quam homo sibi acquisiverat. Hæc joca plerumque certis nævis, (3) in oculos cadentibus, adhærent, & quia nævi sunt singulares, magnam illi dickeriis materiam præbent. Et sicut sunt nævi, quos Invidia singularis malitiæ communis oculis exponit; ita sunt linguae acutæ, quæ verbo unico jacto dignitatem hominum promptius, quam aliarum linguarum impudentia omnis evertunt. Facile admodum est famam habere malam, quia malum facile crescit, sinistræque hominum opiniones difficillimæ sunt deletu. Igitur prudentis est ea in re sibi cayere, nam facilius est calumniam antevertere, quam natam evertere.

## CCIII.

(3) Bene quidem Cicero, Personam principis, inquit, non solum animis, sed etiam oculis civitati servire debere. *Phil. 8. 10*; Princeps tamen nunquam satis prudenter gerere se potest, ubi ille a populi malignitate totus observatur. Quippe ubi tempora sunt misera, & subditorum perfidia principatibus ingravescit, vel perfectissimo olim Cæsarum non licuit ita se gerere, ut potuerit prohibere, quo minus aut corporis, aut animi nævos subditi notarent, talique infamia dignitatem suam contra jus fasque subruerent. *Vide Bæcl. Comment. in I. A. 10. §. 17.*



CCIII. *Læti (1) animi esse.*

**A**NIMI LÆTITIA, non nimia, *virtus* est potius, quam vitium. Unum facetiarum granum omnia condit. Viri quidem in dignitate maxima positi, simili aliis lætitia ludunt, ut omnium sibi hominum *benevolentiam* concilient; hoc tamen discrimine, ut Prudentiam semper (2) modestiamque tueantur. Alii læto verbi (3) acumine difficultate se liberant, (4) sunt enim quædam, quæ licet alii seria videantur, tamen decet riden-

(1) Agit Autor de Virtute VIII, nempe *Urbanitatem*, de qua III. præcepta reliquit; Homileticam hæc est tertia. [2] *Ministro* convenit *læti animi esse*, quia res illa est Virtutis, & laudabilis. Indoles Jovialis animorum est ornameatum, ludens facetiis prudenter, modeste; non tantum hominum sibi amorem tali indeole parit, sed etiam difficultatibus magnis ea se subtrahit.

(2) Inprimis erga principem, cuius gratia ad nimiam lætitiam non licet abiuti. Male Tufus Tiberium olim acerbis facetiis irridere solitus, quarum apud præpotentes in longum memoria. V. A. 2. 3. *Forstn. in noct. ad h. l.* Male Vestinus Neronem, post intimam sodalitatem, asperis facetiis illusit; quæ ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam reliquere. XV. A. 68. 4.

(3) Cicero olim victoriam jocis est adeptus, quum nocentissimos reos tueretur. *Macrob. lib. 2. Satirual.*

(4) Nulla est *ars salis*; nam *natura* fingit homines, & creat narratores facetos, & vultu adjuvante, & voce, & ipso genere sermonis. *Cic. lib. 2. de Orat.*

dente mente excipi. Adamas animorum est *indoles Jovialis*.

*CCIV. Sufferre (1) joca, non jocari.*

**S**pecies est unum Civilitatis ; alterum vero modus (2) sibi negotia facessendi. In lætando qui sui obliviscitur , is multum ex bellua habet , & plus adhuc belluini ostendit ; (3) *Jocus nimius* delectat ; eumque ferens magni pretii homo habetur ; indignans vero ad se vexandum (4) adhuc provocat. Optimum est jocum omittere , neque eum resuscitare. Maxima semper *veritas* elicita est

ex

(1) Discat Minister ferre joca , quia patientia ea species est Civilitatis. Jocum nimium ferens magnus est homo , cui patientia utilis est , ut ea immunem se a vexatione futura reddat , simulque metu , ne ex joco veritas sibi noxia exsiliat. Secundum præceptum Urbanitatis.

(2) Nero Vestinum ob facetias , quibus se illuserat , nece multavit , si non jure , vi tamen dominationis. *XV. A. 69. 1. 3.* Asperc cum principibus imprudentes homines jocantur , sicut *Picc. Obs. Hist. Dec. XIV. c. 2.* docet.

(3) Plerumque ea oportet loqui , & audire hominem urbanum , quæ viro bono convenient. *Arist. lib. I. M. M. c. 1.* Duplex enim est jocandi genus , elegans , & illiberale ; *Cic. I. Off. c. 29.* & hoc vel re tractatur , unde *cavillatio* ; alterum verbo , unde *dicacitas* nascitur. *Cic. I. 2. de Orat.*

(4) Si quid erit objectum , lepore magis elevandum , quam contentione frangendum. *Id. ibid.*

ex jocando , neque quidquam majorem circumspectionem , solerter anque requirit , quam jocari. Antequam incipias , vires ingenii ejus explores , quocum volles jocari.

*CCV. Non (1) semper jocari.*

**P**Ræterquam Prudentia in Severitate (2) cernitur , & hæc pluris , quam Hilaritas æstimatur ; homo nunquam est bonus , semper qui (3) jocatur. Nos eos mendacium in loco habemus , quippe scurrilitati eorum æque suspectæ , atque mendacio , nemo fidem tribuit. Nunquam loqui audiuntur adhibito *judicio* , quod tale est , atque si nullum haberent. Nihil est joco perpetuo *molestius*. Famam

Q 2 civi-

(1) Minister *caveat semper jocari* , quia Prudentia , & Civilitati illud est adversum. Prudens quidem interdum latus , non tamen semper jocans ; non enim est bonus , quia mendax habetur ; imprudens , sine judicio loquens ; omnibus *molestus* ; prudentia opinionem perdens , famam vero civilitatis nunquam acquirens. Tertium præceptum.

(2) Cum gravitate junctus facetiarum & urbanitatis elegans , non scurrilis lepos esse debet. *Cic. Brut.* Tum vero haberi oportet rationem hominum , rei , temporis , ne quid de gravitate decerpatur. *Cic. lib. 2. de Orat.*

(3) Olim Valens , Dux Vitellii , procax quidem moribus , non tamen absurdus ingenio , fainam *urbanitatis per lasciviam petens*. *III. Hist. 62. 3.*

civilitatis sibi hoc modo parturus, prudentiae opinionem perdit. Aliquantum temporis Hilaritati, reliquum vero omne Severitati est tribuendum.

### CCVI. *Vir (1) bonus.*

**N**ihil amplius reliquum est, bonæ (2) fidei, & officiis, (3) quæ sunt oblii homines, nemo mutuo respondet. Optimum enim officium pessima mercede pensatur. (4) Ita nostra ætate Orbis est affectus. Nationes integræ dantur, ad delinquendum quæ sunt proclives; ab una semper proditio; ab alia inconstantia;

ab

(1) Porro agit Autor de IX. virtute, sive probitate, de qua III. præcepta reliquit. [2] Monet convenire Ministru nomen *viri boni*, tanquam rem gloriosam & honestam. Virtutis enim sive Probitatis est, bonam fidem in contractibus & promissis servare, officia justa mensura pensare, nulli perfidia, nulli fraudibus nocere, exempla vero nationum omnium, aut hominum contraria sibi ad cavendum proponere, nunquam sui, nunquam aliorum improbitatis oblivisci. Hoc primum est præceptum.

(2) Ex una virtute *Justitia* homines *viri boni* appellantur. Cic. II. Off. c. 11.

(3) Finib[us] olim noluit statuere, virum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officiis, & laudibus contineretur. III. Off. c. 19.

(4) Bene Seneca, latius, inquit, officia patent, quam juris regulæ; quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quæ omnia extra publicas tabulas sunt? lib. 2. de Ira. c. 27.

ab alia *fraudes* metuuntur. Interim pravο alterius commercio utere, non tanquam *exemplο* ad imitandum, (5) sed documento ad cavendum. Evidem pericitatur *Integritas*, ne inhonesta agendi ratio eam inflectat; attamen vir bonus, alii quid sint, & quid ipse sit, nunquam *obliviscitur*.

## CCVII. *Rectum* (1) *esse.* (2)

**S**Emper a partibus rationis (3) est standum,  
Q 3

(5) Subjungam duo exempla; Scipionis Nasicæ, qui *vir optimus* seimel a condito ævo judicatus a jurato Senatu. *Plin. H. N. l. 7. c. 34.* Scipionis Æmiliani, qui nihil in vita, nisi *laudandum*, aut fecit, aut dixit, aut sensit. *Vell. lib. 1. c. 11.*

(1) Convenit etiam *Ministro nomen recti viri*, tanquam res *Virtutis*, & *Honestatis*. Vir *rectus* autem ex quadruplici officio noscitur; *Est constans*, quia a partibus hominum semper stat; si sunt rationis, neque affectu, neque vi illis abstrahitur. *Est cultor æquitatis*, quia noscit eam & inter pericula eam fatetur, & cum aliis, qui contra eam sunt, sponte rumpit; *rationem status conscientiaeque non accommodat*, quia proditionis actus viro bono, & constanti inconveniens; *veritatis comes est*, quia partes hominum bonas semper sequitur; nisi rationem, aut justitiam linquunt. Secundum *præceptum probitatis*.

(2) *Animum recti*, & *boni amatorem*. *Sen. ep. 82.* Cicero virum bonum dicit officia perfecta, sive *recta* observare. *I. Off. c. 1.*

(3) *Est boni viri bonos*, aut eos, qui dicentur boni, sequi. *Cic. ad Att. lib. 7. ep. 7.*

dum, *constantiaque* (4) adeo serviendum,  
 (5) ut neque vulgaris affectus, neque ul-  
 la vel Tyrannica violentia nos ab illa ab-  
 strahant. Ubinam vero talis Phœnix  
 reperitur? Certe pauci sunt *aquitatis* cul-  
 tores; multi eam laudant, non tamen  
 ut ei hospitii jura præstent. Alii eam  
 ad pericula usque sequuntur, at ubi ea  
 adsunt, quidam falsorum amicorum mo-  
 re eam *abnegant*, quidam tanquam Poli-  
 tici viri eandem non nosse simulant. *Æ-*  
*quitas* vero non curat, utrum cum fa-  
 miliaribus, an cum potentibus, aut cum  
 utilitate propria amicitiam *dissolvat*; In-  
 de enim non agnoscenti eam periculum  
 nascitur. Callidi temporum homines  
 inter utrosque sunt *medii*, (6) & mira  
 transformatione *Status publici rationem*  
 student, cum conscientia sua con-  
 sentientem habere. Vir bonus vero hunc  
 vitæ actum prodigionis speciem existi-  
 mat, constantisque potius, quam viri  
 habilis personam affectat. Ubi *Veritas*,  
 ibi semper ipse est, & homines nonnun-  
quam

(4) Quemque fors tulerit casum subibit potius vir  
 bonus cum iis, qui dicentur esse boni, quam videatur  
 a bonis dissentire. *Id. lib. 8. epist. 1.*

(5) Vide de Tito Attico *Lipſ. VI. Pol. 6. 20.*

(6) In bello civili non debere virum bonum *quiescere*,  
 sed abire in partes, docet *Lipſ. l. cit.*

quam si linquit, illud non facit inconstantiæ vitio, sed quoniam illi rationem primi liquerunt.

### CCVIII. *Diu* (1) vivere;

**E**st bene vivere. Duæ enim sunt res, quæ vitam imminuunt, Stultitia, & Malitia. Quidam vitam amiserunt, quia servare eam non potuerunt: alii vero, quia noluerunt. Sicut Virtus sibi ipsi est pretium, ita sibi ipsi etiam poena est vitium. Quicunque in *vitijsa* celeritate vivit, cito, & duplici modo moritur; quippe in *Virtutis* videntes celeritate nunquam moriuntur. Animi integritas cum corpore communicatur, & vitæ bonitas (2) semper est (3) lon-

Q 4

ga,

(1) Quærenda sunt duo Ministro, quæ vitam diuturnam reddunt: *Integritas animi*, & *vitæ Innocentia*; Illa cum corpore communicatur; hæc se ipsam pensat, ut hominis vitam & longitudine, & felicitate extensam reddat. Quibus opponuntur *Stultitia*, & *Malitia*; Utræque vitam imminuunt, & se *vitijsa* celeritate puniunt; illa non potest; hæc non vult vitam suam servare. Tertium præceptum probitatis.

(2) Græcinum Julium, virum egregium, C. Cæsar ob hoc unum occidit, quod *melior vir erat*, quam esse quemquam Tyranno expediret. *Sen. l. 2. de Ben. c. 21.*

(3) Mansit olim in bello civili Celsø velut fataliter etiam fides pro Othonc *integra*, at *infelix*. *I. Hist. 71. 3.*

*ḡa*, non solum intentione, (4) sed etiam extensione. (5)

**CCIX.** *In odium inimici nunquam (1)  
partes contrarias, (2) deterio-  
resque eligere.*

**I**Ta qui agit, ferme victus est, & ad ultimum penitus cedere cogetur. Nunquam

(4) Incidunt quidem nonumquam viri boni in ea tempora, & negotia, quibus pro fide frustra nituntur. *Fidem enim infelicem faciunt vel perplexæ ambages rerum, & fata temporum; vel agendi ratio, non usque quaque probabilis; vel ingenia principum, qui fidelein operam fecerūt interduin interpretantur.* *Bæc. I. annos. Pol. in I. Hist. 71.*

(5) *De Tigellino Tacitus; corruptor Neronis, ac postremo ejusdem desertor ac proditor, ad pœnam flagitatus, sectis novacula faucibus, infamem vitam etiam exitu sero & in honesto fœdavit.* *I. Hist. 71. 3. 7.*

(1) Nunc agit Autor de Virtute X, sive Justitia, de qua præcepta 2. reliquit. [2] [1] Præceptum est, quo cavere vult *Ministrum, ne partes deteriores eligat, tanquam Prudentiæ contrarias.* In primis odio inimici, ut cum ulciscatur. *Partes enim aut sunt deteriores, aut meliores, sive a quibus stat ratio, & quas prudens elegit, neque unquam ab eis recedit.* Has si adversarius elegit, partes deteriores adversario restituturus imprudens mala eligit; obstinatione quadam actionis, periculose, quo minus affectus ejus veritatem, & utilitatem parium meliorum intuetur. Ideo enim stultus est, & victus fere adversario suo cedet. Cui ne cederet, posset ipse ad partes meliores accedere, ut adversarium suum, stultus si forsitan est, a melioribus ad partes deteriores ableget.

(2) Prudenter *Agricola* licet *ira Ottonis incensus, ob matrem occisam nuntio affectati a Vespasiano Imperii statim in partes ejus digressus est.* *Agr. c. 7. n. 1.*

quam se quis hoc modo bene vindicabit. Adversarii si solertia partes elegit meliores, cave, eam committas stultitiam, ut, reuictus ei, partes peiores amplectaris. Tanto plura negotia facessit *adionum*, quam verborum pervicacia, quanto plus faciendo, quam dicendo periculi inest. *Obstinatis usitatum* est neque in contradicendo veritatem, neque in disputando utilitatem intueri. A cuius stat partibus *ratio*, ab ejusdem etiam prudens, neque unquam se sinit ab affectibus turbari; seu præeat, seu redeat; quippe si rivalis ejus est stultus, stultitia eum ad partes contrarias traducet, indeque conditionem adversarii deteriorem reddet. Ratio unica adversarium a partibus melioribus avocandi erit ad has prudentis accessus; illa enim res ad peiores partes amplectendas adversarium inducit.

### CCX. Bellum justum (1) gerere.

**V**ir quidem fortis ad bellum potest gerendum obligari, non vero ad idem

Q 5 modo

(1) [2] Præceptum Justitiae dicit convenire Ministro, bellum justum ut gerat, quia fortis viri in eo officium consistit. Vir fortis enim est magnanimus, in cuius animo 3. virtutes inveniuntur, Civilitas, Generositas, & Fides. Inde gerit bellum justo modo, vi legitima,

*molo injusto gerendum. Quisque, non quomodo alii, sed ut ipse potest, agat.* (2) *Civilitas in hostem majorem applausum meretur. Non solum vi, sed vi etiam legitima victoria paratur. Vinci se sinit, quisquis modo scelerato vincit; non enim vincit, & generositas ei semper prævaluit. Vir bonus armis* (3) *prohibitis nunquam utitur. Illis autem qui utitur, reliquiis solutæ amicitiæ ad novitatem gignendi odii utitur; fiducia enim amici ad ultiōrem sui non licet abuti. Quidquid olet* (4) *proditionem, id omne* (5) *honestatem famæ contaminat. Animi abjecti pars exiguissima non potest cum viro-*

*armis receptis, non prohibitis, aetibus honestatis, non prodigionis.*

(2) *Tiberii in Armenium. IL A. 88. 1.*

(3) *Non veneno, quo Henricus VII. Imperator sublatuſ fuit. Picc. Obs. Pol. Dec. V. c. 9. Melius Fabricius perfugum a Pyrrho, venena paraturum remisit. III. Off. c. 22. Non enim licet veneno hostem interficere. Grot. de I. B. & P. III. 14. 15. 16. 17. neque innisso percussore. Id. ibid. §. 18.*

*Olim insidiatores ab Othonē in Germaniam, a Vitellio in urbē Romanā missi. I. Hist. 75. 1.*

(4) *Hæc quidem principibus grata, sed proditores sunt invisi. Picc. Obs. Pol. Dec. IX. c. 10. vide Lips. IV. Pol. 10. 69.*

(5) *Proditio tantum incommodi humano generi affert quantum salutis bona fides. Val. Max. lib. 9. c. 6.*

virorum magnorum (6) generositate stabulari. Vir fortis talis nitatur esse, ut si *Civilitas, Generositas, Fidesque* in orbe perirent, in ejusdem tamen illæ animo reperiantur.

**CCXI.** *Et pretio, ♂ (1) virtutibus Heroem (2) esse.*

*Virtutes magnæ magnos efficiunt; una magna virtus omnibus mediocribus conjunctis comparatur.* Olim quidam domi suæ tantum magna *instrumenta* vel inter communem supellectilem habere studebat. Jure vero meliori vir magnus nititur, magnæ ut sint omnes animi sui *Virtutes*. Sicut in Deo immensa, & infinita sunt omnia, ita in Heroe magna sint

(6) Princeps quidem, proditoris fide nitens, merito multatur. Ita enim *Vitellius* a proditoribus, quibus fisis, Vespasiano rursus proditus fuit. Taeitus de iis, imputare, inquit, *perfidiam* non possunt, qui *Vitellium* Vespasiano *prodidere*, cum a Galba *descivissent*. *III. Hist. 86. 4.*

(1) Pergit ad XI. *Virtutem* Autor, nempe *Heroicam*, de qua XIV. præcepta relicta inveni. [2] Præceptum [1] vult Ministrum 2. habere, quia totidem Heroi insunt. *Virtus* non una, sed omnes animi *Virtutes excelsæ*. *Pretium* sive *valor virtutum* est *Majestas*, quæ in verbis, & actionibus excelsis consistit.

(2) Talis olim *Corbulo*, qui omnium ora in se verit, corpore ingens, *verbis* magnificus, super *experienciam*, *sapientiamque* etiam specie inanum validus. *XIII. A. 8. 4.*

sint omnia, & excelsa, omnes ejus actiones, verbaque omnia excelsa debent Majestate redimiri.

## CCXII. Mores (1) magnanimi.

Sua inest animis elegantia, & nobilitas, ex quibus magnanimitas nascitur. Hæc Virtus non in omnis generis hominibus invenitur, quoniam Generositatis illa fundum poscit. Primum ejus studium est in loquendo (2) bene de inimicis suis, alterumque in eisdem meliori modo juvandis (3) locatur. In ulciscendi oportunitatibus multo (4) splendidior apparet. E-

qui-

(1) Praeceptum [2] dicit Ministro magnanimos mores, utpote excelsos, & singulares competere. Magnanimi fundamentum est Generositas, quæ in elegantia, & nobilitate animi consistit; Hæc autem magnanimitatem parit. Cujus vis cernitur in loquendo bene de inimicis; in iisdem adjuvandis; in illis ulciscendis; in ignoscendo iisdem.

(2) In viro bono non ficta & adumbrata, ut in multis, sed maxime solida & expressa virtutis elucet effigies. Cic. Consol. Nec dicere, nec ferre res ineptas potest. Sen. Rhet. l. 3. c. 20. Romani olim cum inimicis benigne & comiter sermones habuerunt. Liv. lib. 5. c. 13.

(3) Fabio Maxino immortalem attulit laudem ex hostiis manibus ereptus inimicus. Quint. decl. 9. Illustrè Cinnæ exemplum, cui Augustus vitam dedit, legis apud Sen. l. 1. de Clem. c. 9.

(4) Viri fortes, etiamsi ferro inter se cominus decertrant, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armisque ponunt. Habet hoc virtus, ut viros

quidem non prætermittit eas occasiones, attamen prudenter eis utitur, *ignoscendi*  
 (5) gloriā, vindictæ victricis ultionis  
 (6) præferendo. Hic modus agendi Ci-  
 vili prudentiæ convenit, quia regnandi  
 ratio callidissima, nihil affectans, talem  
 prærogativam non affectavit; & quam-  
 quam jus strictum, (7) eam præcipiat,  
 Modestia tamen eandem *dissimulat*.

### CCXIII. *Animi* (1) *sublimitas*.

**R**erum, quæ sunt Heroi necessariæ, (2)  
 prin-  
 fortæ species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita  
 delebet. *Cic. in Pis.*

(5) Romanis familiare fuit *ignoscendo* transfigere. XII.  
*A. 22. 3.* Eum in sensu bene Claudio Caractacus loqui-  
 tur. *XII. A. 37. 3.*

(6) Multi principes sub specie clementiæ & miseri-  
 cordiæ sævitiam exercent. *Grut. disc. Polit. c. 19. init.*  
*& §. 7.*

(7) Tacitus dicit *Vitellio* fidos, pacem & condicio-  
 nes disuasisse; periculum enī ex tali misericordia;  
 pecuniam quidein & familiam, & beatos Campaniæ si-  
 nus promitti: At Vespasiano non securitatem, nisi ex-  
 stincto æmularu redditurath. Non a Cæsare Pompejum,  
 non ab Augusto Antonium incolumes relictos. *III. Hist.*  
*66. 4. 5.*

(1) Præceptum [3] monet, *Ministro debere animi sub-  
 limitatem inesse*, quia inter res ei necessarias princeps est.  
 Hæc est origo Magnanimitatis, Generositatis, & Virtutum  
 reliquarum Heroicarum omnium. Est illa sublimitas  
 animi robur, cuius vires eximiæ in hac maxima præ-  
 dicantur; a difficultatibus se vinci non finit, neque ab  
 angustiis constringi.

(2) Quia duplex est res, in qua fortis aut magnus ani-

princeps est *Animi sublimitas*. Tale enim animi robur ad res quasque magnas eum inflammat, ejus sensus intendit, (3) mentem ejus animat, cogitationes ejus, moresque elevat, & ad Majestatem ipsam præparat. Ubiunque ea inveniatur, inde *exitum* sumit, seque extendit; atque fortis ubi ei iniquitas obstrepet, ex difficultatibus illis honorificum exitum ut inveniat, omnia tentat. Quanto enim virium ejus termini sunt strictiores, tanto ampliori se cupid *campo* committere. *Magnanimitas*, *Generositas*, *Virutesque reliquæ Heroicæ* omnes hanc *sui originem* agnoscunt.

## CCXIV.

mus cernitur, duplex etiam ipsa est fortitudo; aut enim res externas humanas despicit; aut res maximas, & periculosa agit; & in hac activa fortitudine omnis splendor, & utilitas locatur.

(3) *Animi sublimitas* *Heroi maxime est necessaria*, quia ea est causa, & ratio, quæ virum magnum efficit. Illa in rerum externarum despicientia ponitur, & simul in excellentia singulari, qua nulli neque homini, neque perturbationi, nec fortunæ succumbit. Quæ ratio in duobus cernitur; si solum id, quod honestum est, bonum judicet; si ab *omni animi perturbatione* liber sit. max. 214, Cic. I. Off. 20.



CCXIV. *Homo (1) ab affectibus vacuus.*

**H**oc est signum maximæ sublimitatis animi, qua communes omnium hominum cogitationes homo superreditur. (2) *Sui*, & *affectuum* suorum regno nullum est aliud majus; (3) Quippe arbitrii illud (4) libertati dominatur. Si tamen ab effectuum aliquo contingit, *animum teneri*, danda est opera, ne officium inde, dignitasve nostra violetur. Hac re ingens homini existimatio acquiritur, animusque a multis doloribus immunis servatur.

CCXV.

(1) Præceptum [4] putat Ministrum esse magnanimum, in quo vacuitas ab affectibus cernitur, effectus animi sublimitatis. Illa autem in [3] consistit; ut cogitationes excelsas habeat, humanas & communes superantes; ut se, & effectus regat; animo ab affectu aliquo turbato nunquam dignitatem suam violet.

(2) Non imperabit libero, qui non potest cupiditatibus suis imperare. Refrænet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coercent avaritiam, cerebras animi labes repellat; tum incipiat aliis imperare, cum ipse improbissimus dominis, dedecori, ac turpidi parere desierit; dum quidem his obediet, non modo *imperator*, sed *liber* habendus omnino non erit. Cic. Par. V. c. 1.

(3) Si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis suo; quis neget omnes levos, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos. Id. ibid.

(4) Virtutis hujus exemplum singulare appetet in matre Vitellii Sextilia apud Tacitum. II. Hist. II. 64. 4.

**CCXV.** *Naturalem* (1) *in homines simultatem* (2) *corrigerere.*

**S**OLEMUS QUOSDAM GRATIS ODIFFE, NEMPE ANTE EORUM NOTITIAM, QUOS ODIIMUS, & INTERDUM COMMUNIS HIC HORROR MAGNOS AUDET VIROS AGGREDI. HORROREM ILLUM SUPERARE DEBET PRUDENTIA; NIHIL ENIM TAM AUTORITATEM nostram IMMUNUIT, QUAM ODIUM EORUM, MAXIMO QUI AMORE DILIGI MERENTUR. Sicut gloriosum est, HEROUm AD AMOREM INCITARI; ITA TURPE AD EORUNDem ODIUM NATURÆ INSTINCTU ABIRE.

**CCXVI.** *Ad amorem* (1) *Heroum incitari.*

**V**IRTUS EST HEROUm AMARE HEROES, INSTIN-

(1) PRÆCEPTUM [5] VULT *naturalem in homines simultatem corrigidam esse*, TANQUAM INSTINCTUM VITIOSUM, & TURPEN. MULTI HOMINES & QUOSLIBET, & MAGNOS, VEL IGNOTOS, SINE CAUSA ODERUNT, MAXIMO AMORE DIGNOS HABENDOS.

(2) SUNT, QUI ODIUM HABENT, NEC INIMICUM. *Sent. ep. 105.*

(1) PRÆCEPTUM [6] DICIT, MINISTRUM DEBERE AD AMOREM HEROUm INCITARI, VELUT AD VIRTUTEM HEROUm. EX COGNATIONE NATURALI INGENIORUM QUI NASCITUR SECRERUS INSTINCTUS, AB EO HEROS FUTURUS, VELUT INCANTATIONE, INCITATUR, AD CULTUM HEROIS, DEINDE AD AMOREM, AD EJUS IMITATIONEM. AGIT IN ANIMO HIC INSTINCTUS, PERSUASIOQUE, & QUO SUBILLIOR, EO EST UTILIOR. *Quibus non inest*, ILLI AD VIRTUTEM HEROUm NON PERVENIUNT.

stinctusque secretus (2) a Natura iis inditus, ad Heroicam quos virtutem vult comitari. Datur animorum, ingeniorumque cognatio, talesque ejus sunt effectus, (3) ut eos Vulgi ignorantia Incantationi adscribat. Hic Herous instinctus solo cultu non contentus, tandem a benevolentia transit ad imitationem; ille silendo persuadet, & non commendando, omnia obtinet. Alius est, qui agit, aliisque, qui patitur; & fortunatores, quo sunt utriusque sublimiores. Solertis est ingenii utrumque cognoscere, & distinguere, debitumque ex iis fructum percipere. Sine hac inclinatione reliqua omnia nullum quidem usum habent.

## CCXVII.

(2) Bene Saavedra; vigor igneus in Principibus nostris cernitur, cælitus eorum sanguini inditus. Animus generosus nititur tantum ad extrema, & aut astrum, aut scintilla; aut Cæsar, aut nihil cupit esse. *Princ. Christ. Symb.* 15.

(3) Quis est, qui majorum, ceterorumque virtute præstantium virorum facta, dicta, & consilia considerans, nulla animi afficiatur voluptate. *Cic. lib. 1. de LL. c. 18.*

**CCXVII.** *Nontam ad imitandum, (1)  
quam superandum sibi Heroem  
proponere.*

**H**eroes sunt exemplaria magnitudinis, & libri vivi Existimationis. (2) Excellentes in vitæ suæ genere quilibet sibi non tam ad imitandum, quam superandum proponat. Alexander flebat non quia vidit Achillem in sepulchro, sed quod comparando se cum Achille, Orbi se parum notum videret. (3) Nihil tam ad honoris studium, quam gloriæ alienæ

(1) Præceptum [7] monet Heroes, sibi proponere Ministerum debere, quoniam ad honoris studium vehementer incitant. Neque tam ad imitandam, quam ad superandum eorum gloriam. Heroes sunt exempla magnitudinis, & Existimationis, quæ sicut in vitæ aliquo genere excellunt, ita Minister eos sibi proponit, animumque suum gloriæ suæ cum eorum immortalitate comparatione ad maxima facinora exsuscitat.

(2) Inter veteres accepi Q. Maximum, ac P. Scipionem, aliosque præclaros viros dicere solitos, majorum imagines intuentibus, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi. Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in se habere; sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam, & gloriam adæquarit. *Sall. Bell. Jug. procem.*

(3) Quomodo Virtutes Majorum, tanquam Heroum, Principes ad imitandum sibi debeant proponere, & virtutibus illos superare, docet Saav. *Princ. Christ. Symb. 16.*

liene fama incitat. Quod invidiam suffocat, idem animum hominis resuscitat.

## CCXVIII. Homo omnium (1) verum.

**H**omo rerum omnium virtutibus instrutus (2) tantum valet solus, quantum multi alii; communicando vires suas cum amicis vitam fortunat. Varietas cum virtute conjuncta vitae nostrae est oblectamentum. Omnis generis bonis de rebus sibi prospicere magnae est solertiæ; & sicut Natura in homine, tanquam opere perfectissimo, Compendium Universitatis fecit; ita etiam Ars in mente hominis debet & Cognitionis, & Virtutis Universitatem construere.

## R 2 CCXIX.

(1) Præceptum [8] credit fortunatum Ministrum omnium rerum hominem, tanquam varii generis bonis vitam suam prosperantem. Sicut enim homo opus perfectissimum Naturæ, & velut compendium Universitatis, ita Minister opus Artis, Universitas & Cognitionis, & Virtutis. Quippe omnes res in eo sunt, qui scientiam rerum honestarum complectitur, vitamque aliorum variis rebus, & modis adjutat, & oblectat.

(2) Talem Cicero vult esse virtutem bonum; Ita est justus, inquit, & bonus vir, ut natura & disciplina consultus esse videatur; ita peritus, ac prudens, ut ex iure civili non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata esse videatur; cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. pro Cætin.

## CCXIX. Statui suo propriam (1) Majestatem conservare.

**A**ctiones tuæ, pro ratione status tui, si non Regis, saltem Rege dignæ sint; nempe regium in morem gere te, quantum tua tibi persona permittit. Magnitudinem actionis tuæ, sublimitatemque cogitationes induant, ut, si Rex re non es, saltem talis sis virtute; vera enim dignitas Regis in virtute consistit. Regi non suppetit causa invidendi tibi magnitudinem, cuius potes esse exemplum. Regnantium vero, aut his proximorum in primis interest veræ potius autoritatis ornamenti, virtutibusve Maje statis ornari, quam ceremoniis delectari, quas vanitas, & luxus induxerunt. Illi debent solidam substantiam (2) vacuitati ostentationis anteferre.

CCXX.

(1) Præceptum [9] hortatur Ministru m primarium, ut *Majestatem conservet*, tanquam statui, & personæ ejus propriam, putat enim Autor, Majestatem ei convenire, quisquis regem suum actionum gloria, virtutibus, & autoritate superat. Igitur *actiones* dicit vel regis esse; vel *rege dignas*; Regem vel re, vel *virtute*, sive dignitate talem esse; Regem vel ipsum, vel *exemplum regis*; Regem vel ceremoniis honorum, & vitiis, vel *autoritate*, & honore vero; Regem vel videri, sive ostentatione talem esse, vel *revera talem*.

(2) Olim de *Ancreo* in Gallia; eum, cuius studia specie obsequii illudunt Majestati regnantis, pro Rege ha-

**CCXX. Prudentem (1) sibi suffi-  
cere.**

**S**apiens (2) Græciæ putabat, se ipsum loco omnium rerum (3) secumque portare omnia, quæ haberet. Si verum est, amicum (4) sufficere universalem, quo contentus æque sis, atque si Romam, & reliquam Mundi partem possideres; sane fias tibi ipsi amicus, & plane in posterum *solus vives*. Quid tibi deerit, si sermones pulcherrimos miscere, aut voluptatibus jucundissimis non frui, nisi tecum licebit? Nulli alii, præterquam tibi (5) suberis; & hac in re summæ Po-

R 3 testa-

beri, Ludovicum XIII. pro larva, & simulacro Regis.  
Gram. Hist. Gall. lib. 2. ann. 1617.

(1) Præceptum [10] dicit, Ministrum sive Prudentem sibi sufficere, quia solus potest vivere. Ille enim res omnes aut habet, aut invenit; contentus se ipso, & ita ditissimus est; amicus sibi universalis; liber & sui juris; solus vivens prudens, & Deo similis habetur.

(2) Biantem intelligit, qui omnia sua secum portabat, quum patriam Prienam hostis cepisset. Cic. Parad. I. c. 1.

(3) In quo virtus est, ei ad beate vivendum nihil esse probat. Cic. Parad. II.

(4) Beatissimus est, qui est totus aptus ex se, quicquid in se uno sua ponit omnia. Id. ibid. cap. un.

(5) Cicero docet, neminem esse liberum; nisi prudentem. Par. V. Vivit enim, ut vult, quia recta sequitur, quia gaudet officio, cui vivendi via provisa est; quis

testati æquiparaberis. Cui *soli datur vivere*, nihil is a bestia, sed multum a prudente, & a Deo omnia habet.

**CCXXI.** *Inter negotia (1) negotiosum (2) non videri. (3)*

**M**inimis occupationibus distenti vide-  
ri volunt *occupatissimi*; & fronte ad-  
huc austera omnibus ex rebus mysteria  
faciunt. Hi quidem *chamæleontes* sunt ap-  
plausus, & quilibet eos cachino maxi-  
mo excipit. Vanitas semper intolerabi-  
lis fuit; at in illis irridetur. Parvæ illæ  
honorum *formicæ* magnarum actionum  
gloriam mendicando quærunt. Virtu-  
tes tuas eminentes, quam potes mini-  
mum, ostende. Satış habe agere, aliis-  
que

quia legibus quidem non propter metum paret, sed eas  
sequitur, atque colit, id salutare maxime judicans. *Id.*  
*ibid. c. 1.*

(1) Præceptum [11] nolens, *Ministrum inter ne-  
gotia negotiosum videri*. Tunc enim ab omnibus irri-  
deatur. Non est Heros, qui minimas res mysteria cre-  
dens, applausum ut quærat, vanitate ridenda parvas  
virtutes offendit, & aliis quasi describendas vendit.  
Sunt enim virtutes illæ indignæ, quæ posteris scriptæ  
relinquantur.

(2) Olim jam tum quibusdam Stoicorum arrogantia  
assumpta, seftaque, quæ turbidos homines, & negotiorum  
appetentes faciat. *XIV. A. 57. 5.*

(3) Non probatur *Plaueus*, qui ne fingere quidem cu-  
pidinem otii. *ibid.*

que illud dicere permitte. Ede quidem bonas actiones; ne tamen eas vende. Nunquam sunt sumendæ pennæ aureæ, ut in luto scribant; prudentes enim viros omnia talia offendunt. Potius esse, quam *videri* Heros labora.

## CCXXII. *Suos ad (1) agendum inducere.*

**S**ic oportuna negotii tentatio multis gloriam peperit; ut naufagium multis vectoribus decus addidit. Hac re multi industriam suam, virtutemque ostenderunt, quæ non oblata occasione in otio eorum occultæ mansissent. Difficultates, & pericula cauiæ, & stimuli sunt honorum. (2) *Animi robur*, quod in honorum negotiis versatur, mille quantum aliæ res, tantum boni efficit. Isabella Regina Catholica admodum hanc *animandi regulam*, omnesque alias calle-

R 4 bat;

(1) Præceptum [12] monens, necessarium esse *Mistru*, *suos ut ad agendum animet*. Nam sibi ea re maximam gloriam parere. *Animi robur*, cuius vis in difficultatibus & periculis cernitur, hac re virum magnum ad honorum studia stimulat, ut virtute & industria suos ad bellum animando magnam sibi existimationem conciliet.

(2) Magni Duces in adversis, infancta omnia & Vaticinis in contraria vertere, & suos milites contra hostes noverunt animare. *Piec. Obs. Hist. Dec. X. c. 3.*

bat; magnusque Imperatorum huic arti omnem suam existimationem acceptam tulit; & hæc causa erat, quare multi alii *Viri magni* evaserint.

### CCXXIII. *Sibi (1) mederi.*

**I**N rebus (2) angustis non est melior comitatus, quam *animositatis*; quæ si flaccescit, a partibus ei, quæ circumfunt, opem ferri oportet. Qui sciunt sibi *opitulari*, (3) minus in doloribus anguntur. *Fortunæ* ne confide, intollerabilior eadem ne fiducia tua fiat. Quidam tam parum in difficultatibus suis sibi medentur, ut fortiter eas non *ferendo* augeant. Se qui novit, imbecillitati suæ a mente auxilium impetrat. Vir pru-

(1) Præceptum [13] vult *Ministrum animi medicinam querere*, quippe in qua maximum ei auxilium constitutum credit. In periculo enim, ubi animositas non tuetur, auxilium non a fortuna, sed a *patientia*, & *Mente* impetratur, qua Minister difficultatibus se maxime subtrahit.

(2) Scipio belli Hispanici tempore, in maxima casuum varietate, multas & ambiguas Hispaniarum legationes quainvis audiverit, fidem tamen, & majestatem moderate agendo adeo retinuit, ut ei nullum ferox verbum exciderit. *Liv. lib. 36.*

(3) Quum Rhodii legatos Romanam misissent, nuntiantes, se adversus Romanos, quid sibi faciendum, consideraturos, nisi adversus Perseum bello desisterent, *Romani illis munera miserunt. Liv. lib. 26.*

prudens difficultatibus se omnibus feliciter *subducit*, & vel medio siderum se cœtui facile subtrahit.

### CCXXIV. *Evadere.* (1)

**E**st hæc prudentum solertia, ut elegantiæ *vocula unica* ex Labyrintho difficillimo evadant. Subridens eos (2) *Gratia* ex negotio pericolosissimo extrahit. Ducum iummi maximum famæ *decus* in eo posuerunt. Duplicis sensus *verba* negationem dulcedine quadam tegunt. Nihil melius est, quam nunquam nimis *intelligi*.

### CCXXV. *Non esse (1) simplicem semper.*

**A**Stus serpentum, & simplicitas columbarum alternent. Nihil est fa-

R 5

ci-

(1) Præceptum [14] dicit, Ministrum *ex periculo solerter s̄ape se subduxisse*, maximumque famæ sibi decus inde peperisse. Prudens enim in bello, & pace *vocula unica*, benigne excepta, maximo s̄ape se discrimini subtraxit.

(2) D. Julius seditionem exercitus verbo uno compescuit: Quirites vocando, qui sacramentum ejus detrectabant. I. A. 42. 4.

(1) Acturus est Autor de Prudentia max. 236. ante de simplicitate, & calliditate agit; & de stultitia. max. 238. de illa maximas 3. præscripsit. [2] Putat *simplitatem fugiendam esse Ministro*, quia damni ferendi

cilius, quam virum bonum decipere.  
 (2) Nunquam mentiens facile credit; & nunquam fallens multum fudit. Falli non semper signum est stupiditatis, sed quandoque etiam est causa bonitatis. Duplex est genus hominum, qui malum prævenire bene *norunt*; quidam damno suo; alii alieno illud nosse didicerunt. Quo circa solertia debet æque sollicita esse in cavendo, atque calliditas est in fallendo. Caveamus, ne adeo simus *vari* *boni*, ut alii fallendi occasionem nanciscantur. Columbae, serpentisque sit in nobis mixtura; non monstra, sed *prodigia* simus.

### CCXXVI. Fama (1) calliditatis effugere.

**E**Quidem vivere hodie sine ea non licet; attamen prudentis potius, quam calliditatis suppeditat. Est illa sape in viro bono, qui facile credit, at bonitate sua fallitur, & fraudes non nisi damno suo, prævenit. Calliditas secus se habet bona est simplicitatis, & calliditatis mixtura. Primum præceptum.

(2) Hoc ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum; quos sic decipere pro moribus hominum prudentia est. *Plin. lib. 8. ep. 18.*

(1) *Fama callidi hominis fugienda est* Ministro, quia publico metu, & diffidentia multatur III. hominum genera notantur in hac maxima *candidus*, sive *sincerus*, (qui

callidi hominis partes sunt eligendæ. Mens candida omnibus est accepta; multi vero ei hospitium præstare nolunt. Neque sinceritas in simplicitatem, neque sagacitas in calliditatem degeneret. Satius est prudentem haberi, quam *dolum* timeri. Sinceri quidem amantur, at falluntur. Maxima ea calliditas est, quæ *fraudem* habitam occultat. Candor in seculo aureo florebat, in ferreo vero vicissim *Malitia* regnat. Quisquis famam scientiæ rerum agendarum habet, fiducia is hominum honoratur; nomen vero calliditatis est *sophisticum*, dimidientiaque plenum.

## CCXXVII.

(qui facile simplex sit) amatur quidem ille, & fallitur, ut nullum ejus amplius est pretium. *Sagax*, sive perspicax, qui ubi nimis talis, callidus fit; hic tinetur, *fraudem* occultat, & hodie floret; nomen ejus *sophisticum*, & difidientia plenum; *sciens res agendi*, qui fiducia & amore hominum honoratur. Secundum *præceptum*.

(2) Quo quis est versutior, & callidior, hoc invisiior, & suspectior detracta opinione probitatis. *Cic. IV. Off. c. 9.*



**CCXXVII.** *Vulpina* (1) *tegi, ubi leonina* (2) *pelle uti non licet.*

**T**Empori cedere est excellere. Consili sui finem attingens nunquam existimationem suam amittit. Vires suppleat *industria*. Si non licet viam regiam violentiae publicae ire, calliditatis est iter devium quærere. Plura enim *fraude*, quam viribus perficiuntur. Prudentes viri saepius fortes, quam fortes viri prudentes vicerunt. Conatu rei deficiente, deinde patet porta contemptui.

**CCXXVIII.** *Pars una* (1) *mundi alteram, utræque vero stultitiam* (2) *suam communem irrident.*

**S**Ecundum *imaginationem hominum omnia sunt bona, malave; quod uni placet,*

(1) *Vulpina pellis prævaler alteri, quia existimationi Ministri melius consulit.* Ubi leoninæ usus vanus est, patet contentus. *Vulpina autem secus se habet; est in excellentibus viris; finem consili sui attingit; industria vires supplente; repente per iter devium nempe fraudum, quarum effectus major, quam violentiae, quia callidi prudentes vicerunt.* [3] *Præceptum.*

(2) *Hoc est Lysandri dictum apud Plut. in Apoph. Lacon.* vide *Lipf. IV. Pol. 10.*

(1) Agit nunc de stultitia, sicut max. 225. dictum; de qua maximas VIII. præscripsit. [2] [1] *Præceptum est,*

placet, alteri displicet. Stultus (3) est ille intolerabilis, quisquis ad suam omnia imaginationem vult componi. Non ex unius alicujus approbatione *Virtutes* pendent. Quot sensus, totidem sunt vultus; & quantum hi, tantum etiam illi differunt. Nullus est sine cultore defectus, neque animum desponderis, si facta tua aliis *displaceant*; neque enim alii deerunt, qui tua æstimabunt. Interim horum approbatione animum ne infla; non enim omittent alii te censere. Ut cognoscas, quod dignum est æstimari, regula tibi sit *approbatio bonorum*, qui que digni habentur, qui de re judicent. Vita civilis unius hominis consilio, unicoque usui minime innititur.

## CCXXIX.

est, *de irridenda hominum communi stultitia*, quia digna est irrideri. Homines enim sunt obstinati, & stulti, quibus quod placet, aut imaginationi eorum arridet, approbari ab aliis volunt; quum sensus sint diversi hominum, qui, quod displicet aliis, colunt, & approbant; utriusque a *bonis* irridentur, quorum *approbatio* regula est æstimationis personarum, & rerum.

(2) *Stultitia* est habitus sive ratione in actione & sermone peccans. *Anonym. Græc.* Illius soror est *Imprudentia*, sive infelicia eorum, quæ facere, & non facere oportet. *Andron. Rhod. ex Chrysip.*

(3) Seneca dicit stultitiam, cui nihil constat, cui nihil placet. *ep. 52. Rhetor.* tum dicit stultum ingenii multum, nihil vero cordis habere. *lib. 5. contr. proœm.*

**CCXXIX.** *Stultos (1) esse, (2) qui videntur tales, & qui non videntur, eorum dimidium stultis accenseri.*


**O**ccupavit Mundum stultitia, & quamvis rara in eo detur Prudentia, ea tamen pura puta stultitia est, Prudentiae supernæ comparata. Stultorum vero est *maximus*, qui sibi talis quum non videatur, omnes alios stultitiae accusat. Ut prudens sis, non sufficit, te talem tibi ipsi videri. Ille *stultus* est, qui se talem non credit; & non sentiens, quod alii vident, idem ipse non videt. In mundo stultorum (3) & dementium plenissimo nemo est, qui se talem credat, aut talem se esse suspicetur.

**CCXXX.**

(1) [2] *Præceptum, putans mundum esse stultum*, quia eum stultitia occupavit. Stulti autem vel videntur tales, vel non videntur; & utriusque sunt tales.

(2) Bene *Plautus*; quicunque sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac, stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Bacch.* 5. 1.

(3) Cicero dicit, stultorum plena esse omnia. *lib. 9.*  
*ep. 22. f.*



**CCXXX. Stultorum (1) consortio (2)  
non intricari.**

**S**tultus est, stultos non noscens, & stultior adhuc, qui noscens eos *consortio* eorundem non abstinet. Periculosum est eos frequentare, perniciosumque in intimam eosdem amicitiam recipere. Quamquam enim sui ipsorum timor, oculusque alienus eos aliquamdiu in officio contineant, tandem tamen *immodestia* eorum erumpit, quam solum distulerunt monstrare, ut solenniorem eam redderent. Sane arduum admodum est, alienam tueri eos *autoritatem*, qui non possunt propriam tueri. Sunt stulti infortunatissimi; sicut enim cutis ossi, ita *immodestiae* eorum *miseria* adhæret. Res saltem est unica in illis, non adeo (3)

ma-

(1) [3] Præceptum vult, fugiendum *stultorum consortium*, quia est periculosum. Nosse eos decet, consortii & amicitiae causa subterfugiendæ, quia immunditia eorum existimationem Ministri violat, & miseria eorum deploratur, quæ tantum alieno exemplo inserviunt.

(2) Bene enim Cicero omnium malorum matrem stultitiam dicit. lib. 2. ad Heren. Et Seneca credit, stultum omnia vitia habere. lib. 4. de Benef. c. 26.

(3) Bene Polybius; quum duæ mortalibus propositæ sint viæ ad proficiendum in melius, per *proprios casus*, aut per *alienos*; evidentior quidem illa ratio est, quæ per aliena: Itaque viam priorem sponte sua nemo unquam debet

maligna , quod prudentia aliena illis est utilis , dum ipsi prudentibus sint utilissimi , qui exempli eorum damnosis cautions fiunt , docenturque.

### CCXXXI. Stultos (1) perferre.

**P**Rudentes semper impatientes fuerunt. Cum scientia crescit Impatientia. Difficile est viri magni notitiæ satisfare. Vivendi regula optima ex mente Epicteti est *patientia* , in qua dimidium sapientiæ locavit. Maxima sine dubio Patientia est necessaria , (2) omnem ut *stultitiam* feras. Patimur tanto nonnunquam plura ab iis , quanto majus eorum est *in nos imperium* ; quæ res nos ad victoriam nostri exercet. Hæc autem Patientia pacem illam gignit inæstimabilem , quæ rursus terræ felicitatem parit.

**Quis-**

debet ingredi ; magnis enim ejusmodi correctio laboribus constat , ac periculis ; posterior semper nobis captanda , per quam sine ulla noxa , id quod melius est , cernere unicuique licet. *Hipar. lib. 1.*

(1) [4] Præceptum , docens , *prudentem* , velut impatientem , *debere perferri*. Inde etiam stultum : Nam prudens sciens , difficilis , patientia maxima opus habet ; nempe stultitiae vel principium , vel parvum , vel sui ipsius.

(2) Monendi homines , ut ferant æquo animo qualcumque suorum *stultitiam* vel *errorem*. *Curt. lib. 5. c. 9.*

Quisquis non est eo patientiæ ingenio  
ad sui ipsius asylum provocet, (3) si  
tanti est se ipsum adeo posse perferre.

**CCXXXII. In aliorum(1) stultitiam(2)  
non incidere.**

**H**ic est raræ prudentiæ effectus. Mag-  
nam enim vim obtinent, exempla,  
usus quæcunque introducunt. Qui-  
dam facti ignorantiam, non tamen iuri-  
ris effugerunt. Vulgus dicit, neminem  
sua vel maxima sorte contentum esse; ne-  
que de mente sua, licet pessima, queri.  
Sua non contentus quilibet alii fortunam  
invidet. Hodierni dies homines, res he-  
sternas, & hesterni diei, res hodiernas  
laudant. Omne præteritum videtur opti-  
mum, & omne a nobis remotum pluris  
æstimatur. Omnia qui ridet, æque est  
stul-

(3) Bene quilibet de se dicat; solus ego omnes longe  
ante eo stultitia. *Plaut. Bach. V. 2.*

(1) [5] Præceptum, monens, descendam esse fugam  
alienæ stultitiæ, tanquam raræ prudentiæ effectum.  
Igitur fugienda sunt usu iniquo introducta; majora  
expetere, & ambire; aliis invidere honores; res præ-  
teritas, aut futuras præferre; ridere omnia; mœrere  
omnia.

(2) Seneca, alius, inquit, in alium consumimur; hic  
illius cultor est; ille illius, suis nemo. *Sen. de Brev.  
vit. c. 2.* ubi illustratio hujus Maximæ potest legi.

stultus, atque omnes qui propter res  
mæret.

### CCXXXIII. Non (1) pluries nu- gari.

**U**Sitatum est valde, post primas *nugas*,  
eas correcturos, quatuor alias com-  
mittere. *Errorem* (2) unum graviori a-  
lio excusamus. Aut stultitia est propa-  
go mendacii, aut hoc potius stultitiæ;  
multis aliis mendaciis opus est ad *mend-  
daciūm* unum tuendum. Malignæ cau-  
sæ *defensio*, ipsa *causa* semper pejor fuit.  
Malo ipso malum pejus est non posse  
*malum* tegere. *Usura* est vitiorum, ho-  
rum alias sibi *usuras* stipulari. Homo pru-  
dentissimus quidem *semel* non vero bis  
peccare potest; quasi *prætermittendo*,  
& ex *negligentia*, minime vero sciente  
voluntate.

### CCXXXIV.

(1) [6] *Præceptum, verans pluries nugari, quamquam id sit vitium usitatum.* Vir prudens *semel*, non bis peccat, neque tam sponte, aut proæretice, quam culpa, aut negligentia. Caveat igitur post primas ineptias, & primum errorem, & primum mendaciūm, & pri-  
main causæ malæ susceptionem, & primam mali com-  
missionem, & primum reruin malarum fructum de-  
nuo peccare.

(2) Vide hac de re eleganter differentem Saav. Prince. Christ. Symb. 65.

CCXXXIV. *Cæptam stultitiam (1)  
non continuare.*

**Q**uosdam imprudentia ad agendum inducit; & quum peccare cœperunt, credunt, existimationem suam (2) eos ita *pergere* jubere. Animus culpam illorum accusat, quam lingua tamē eorundem defendit. Inde autem accidit, ut incogitantiæ notam incurvant per cœptas ineptias, continuando autem eas stulti habeantur. *Promissi* imprudentia, aut male capiū *consilium* minime homines obligant. Quamquam nonnulli in primis ineptiis pergant, exiguumque mentis suæ *judicium* ostendant, dum constantes semper *Pertinaciæ cultores* student videri.

S 2

CCXXXV.

(1) [7] *Præceptum* dicit, *fugiendam esse cæptæ stultitiae continuationem*, velut *vicio imprudentiæ propriam*. Quidam enim rem temere *promissam*, aut *consilium* incogitantiæ dātum præstare, aut exequi voluat; quin a ratione utrumque damnatur, nequè quis ad id obligetur; secus facientes pertinaciam suam colunt, & imprudentiam suam omnibus produnt.

(2) Vide *Savv. Princ. Christ. Symb.* 65.



## CCXXXV. Non (1) mori malo stultiæ.

**S**Apientes plerumque sapientiæ inopes, & stulti consilii divites moriuntur. Moritur velut stultus, (2) nimia qui ratiocinatione moritur. Quidam quia sentiunt moriuntur; quidam vivunt, quia non sentiunt; quorum hi sunt stulti, quod non moriantur sensibus, & illi, quod sensibus moriantur. Stultus est, qui nimia intelligentia moritur; ita quidam moriuntur, quod bene intelligent, quidam vivunt, quod non bene intelligentur. Interim quamquam multi velut stulti moriuntur, pauci tamen stulti moriuntur.

## CCXXXVI.

(1) [8] Præceptum, volens, caveat homo malo stultiæ mori, velut communi infelicitis imprudentiæ effectu. Nolit igitur quis consiliorum abundantia, aut nimia ratiocinatione, aut sensibus, aut nimia intelligentia mori.

(2) Nimia omnia niinium exhibent negotium hominibus. Plaut. Pæn. 1. 2.



**CCXXXVI.** *Mentem (1) fæcundam, judicium profundum, & sensus rectos habere. (2)*

**H**Æc tria (3) faciunt (4) prodigium, & divinæ sunt liberalitatis donum maximum. Magnum est donum bene concipere; majusque bene ratiocinari; maximumque Intellectum bonum habere. Mens non debet esse in spina dorfi, ubi laboriosior, quam ingeniosior fo-

S 3 ret.

(1) Nunc agit Autor de XII. Virtute, sive Prudentia de qua maximas XXVI. nobis præscripsit. [2] Putat maxima III. debere inesse Prudenti, quia totidem cum faciunt: nempe Mens fœcunda, Judicium profundum, & Sensus recti. Sunt ea divina dona, quæ viros maximos faciunt. Mens est in anima rationali, cuius fructus est bene concipere, sive bene cogitare. max. 239. Judicii profundi donum est intelligentia, & ratiocinatio. max. 247. De Sensibus rectis sive sanis max. 253.

(2) Prudentia imperantis propria, & unica virtus. Arist. lib. 3. Polit. c. 3. vide Lips. III. Polit. 1.

(3) Aristoteles III. partes facit Prudentiæ; facultatem bene consulendi; Intelligentiam, sive facultatem de consultis judicandi; & rectissima, sive ex æquo & bono, tandem sentiendi. VI. Nic. c. 11.

(4) Bene Paraphrastes; Homo, inquit, quum agit, quæ ad bonum finem tendunt, prudens est; Igitur quum de iis, ut oportet deliberat, consultus dicitur; ad finem bonum ordinata, & disposita quam cognoscit, & recte judicat, intelligens est; ubi ab aliis facta recte judicans, venia interduin prosequitur, quæ fas est, æquus & recte sentiens appellatur. Andron. Rhod. lib. 6. c. 12.

ret. *Fructus est animæ rationalis bene cogitare. Anno vigesimo voluntas; trigesimo mens; quadragesimo judicium regnat. Sunt animi, ex quibus ignes radiant tanquam ex lyncis oculis; qui-que major quo est obscuritas, eo majori intelligentia valent.* (5) *Aliis mens in promptu est, qui semper arcem rei ratione sua inveniunt. Semper eis aliquid, omneque bonum in mentem venit; & hæc est fœcunditas fortunatissima; ve- rum recti sensus omnem vitam hominis condidunt.*

### *CCXXXVII. Scire (1) aut scien- tes audire. (2)*

**N**emo potest sine *Intellectu* vivere; aut enim naturalem, aut acquisitum ha-

(5) *Saavedra* plures dicit partes prudentiæ esse, sed ad III. reduci; *Memoriam* præteriti, *Cognitio*ne præsentis, *Providentiam* futuri temporis esse. *Princ. Christ. Symb.* 28.

(1) *Præceptum [2] dicens, ne dedignetur Minister etiam consulere alios, quia res est salutaris, eamque dignitas permittit. Homines triplicis sunt generis; vel sciunt, & Intellectu prædicti, Oracula prudentiæ, quæ consulunt aliis, aut sibi; vel ignorant, quibus nævi sunt Intellectus immedicabiles, qui sibi nolunt mederi, neque alios consulere; vel scientes se putant, neque tales sunt, neque alios consulunt; deberent tamen, quia salva dignitate licet, & nisi alios consulant, sæpe peccant, ideoque multantur.*

(2) *Cicero* sapientissimum eum dicit, cui, quod

habere (3) oportet. Non desunt, qui ignorent, nihilquē sciant; & sunt, qui scire se credant, licet nihil sciant. *N&eacute;vi deficientis* Intellectus sunt immedicabiles; sicut enim ignorantes se non norunt, ita quid deit sibi, nolunt quærere. Quidam prudentes essent, nisi se tales crederent. Hæcque causa est, quare, rara licet sint *Oracula Prudentiæ*, a nemine consulta nullis negotiis occupentur. Dignitatem suam non immuniuit, neque notam sibi inhabilitatis inurit, quisquis *alium consulit*; contra viri sibi habilis personam circumdat, quisquis *sibi bene consulit*. Ne te Fortuna percutiat, redde te *rationi*.

S 4

CCXXXVIII.

opus fit, ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. *pro Cluent.*  
*c. 31.*

(3) *Livius* eum primum virum dicit, qui *ipse consulat*, quod in rem sit; secundum eum, qui bene momenti obtemperet; qui neque *ipse consulere*, nec *alteri parere* seit, eum extremi esse ingenii. *Liv. lib. XXII. c. 29.*



**CCXXXVIII.** *In memoriam* (1) *re-*  
*vocare præstat, quam mone-*  
*re.* (2) (3) (4)

**M**odo reminisci, (5) modo consule-  
 re oportet. *Quidam*, quod non  
*meminerint*, res pulcherrimas agere o-  
 mittunt: & tunc quidem bonum eis  
 consilium est oportunum, utilitatem rei  
 proponens. *Animi præsentia* donorum  
 hominis maximum est, quo meminimus  
 res necessarias, quarum absentia nego-  
 tia plurima intercidunt. Igitur tunc in-  
 tel-

(1) *Præceptum* [3] suadens Ministro, *revocet potius*  
*Principi in memoriam aliquid*, quam moneat, quoniam  
 res meliores efficeret. Princeps moneri non vult. At  
 idein vel *meminit* rerum, *præsentia animi sui*, & intel-  
 ligentia ejus, aut opus habet consilia, aut non opus ha-  
 bet; vel non *meminit* rerum, & ea in *memoriam* quenam  
 revocari. Alias a viro magno *colloquium extorquet* con-  
 silium, ubi post negationem ad affirmationem perven-  
 tum fuit.

(2) Prudentes, olim Principum, aut Ducum comites,  
 olim monitores dicebantur; de quibus *Picc. Obs. Hist. Pol.*  
*Dec. 1. c. 5.*

(3) Raro eminentes viri non magnis *adjutoribus*  
 ad gubernandam fortunam suam usi sunt. *Vell. lib. 2.*  
*c. 127.*

(4) Bene *Livius*; princeps si de sua, inquit, sententia  
 omnia geret, su erbum hunc judicabo magis, quam sa-  
 pientem. *lib. 44. c. 22.*

(5) Nullum majus boni Imperii instrumentum,  
 quam bonos amicos esse. *IV. Hist. 7. 6. vide Lips. II.*  
*Polit. c. 3.*

tel'igentis est rem *illustrare*; & illustra-tione indigentis est *consulentem querere*. Ille sibi cavere, & hic urgere debet. Sa-tis est uni viam alteri præparare. Hæc autem regula est utilissima, & consulen-tis in usum vertit; & si prima regula non sufficit, læto animo ulterius pro-gredi debet. Ubi enim ad finem *nega-tionis* alicujus transitum est, solerter *af-firmatio* arripi debet; sæpe enim accidit, nihil obtineri, nihil quia tentatum fuit.

### CCXXXIX. *Homo* (1) *acris* (2) *judicii.* (3)

**S**uperior ille est, neque unquam infe-rior rebus, quæ occurrunt. *Bokis*  
S 5 *eius*

(1) Præceptum [4] agit de *Ministro perfecto*, sive *acris judicii*, qui superior est rebus omnibus, quæ occurrunt. Indicat vel de rebus *max. 240*. & seqq. qua-rum fundamenta examinat; vel de hominibus; de qui-bus 3. examinat; habilitatem eorum, essentiam, & secreta; primam conceptu detegit, alteram censura animadvertisit, & ultimam rem argumentatione com-prehendit.

(2) [1] Facultas consulendi comprehendit *Conjectu-ram*, & *Sagacitatem*. *Consiliarii* enim est querere *VI Nic. c. 9.* de quibus oportet, & quomodo oportet, & quanto tempore. *Andron. Rhod. lib. 6. c. 10.* Hic *con-jiciendi facultatem* dicit in eo esse, si quis de omni re proposita congruenter & apte loquatur. *Ibid. Quintilia-nus* putat coniicere esse nihil aliud, quam rationem ad veritatem dirigere. *Inst. Or. lib. 3. c. 6.* *Sagacitas* est

ejus confessim ad fundum usque altitudinis maximæ penetrat, & examen habilitatis hominis exakte intelligit; ut, si homo visui ejus tantum objicitur, perfecte statim, & omnem ejus *essentiam* cognoscat, *secretaque omnia* ejus animi recludat. Subtilitate *concipiendi*, severitateque *censendi*, & acrimonia *argumentandi* omnia detegit, animadvertisit, & comprehendit.

## CCXL. Bonum, (1) malumve (2) non nimis scrutari.

**N**E quid nimis. Hoc præcepto prudens olim sapientiam omnem comprehendit. Nimis stricta (3) *justitia* inest causæ (sive medii) de re proposita cito inventio.  
*Audron. lib. c.*

(3) Festus sagaces dicit, multi & solertis acuminis; Cicero vero mentem sagacem dicit, quæ & causas rerum, & consecutiones videt. *lib. 2. de Fin. c. 14.*

(1) Præceptum [5] vult *nimiriam boni*, vel *malii* scrutationem fugiendam esse, tanquam rem noxiæ. *Justitiæ nimiræ observatio* gignit *ἀργιναδίκατον*. *Usus extremum* est abusus. *Mentis nimiria cultura* est stultitia. Res primæ sunt vel honestæ, vel turpes.

(2) Existunt injuriæ sâpe *calumnia quadam*, & nimis callida, & malitiosa juris interpretatione; ex quo illud summuin jus summa injuria factum proverbium. *Cic. I. Off. 10.*

(3) Cicero dicit Prudentiam constare ex scientia rerum bonarum & malarum. *lib. 3. de Nat. D. c. 15.*  
Bona

injustitiam degenerat. Nimis comprefsum *malum Punicum succum reddit amarum.* In *usu ipso* nunquam ad unum aliquod est *extremorum* veniendum. *Mens ipsa* nimia cultura minuitur. *Nimium lactis emulgere* volendo sanguinem elicimus.

### CCXLI. *Justo (1) res pretio (2) metiri.*

**S**Tulti non pereunt, nisi nihil cogitando. Sicut enim res non concipiunt, ita

Bona enim sagacitas invenit, & deligit, quæ spectant ad finem; qualia sunt *justa* & *honesta*, & *utilia* homini. *VI. Nic. c. 13.* & quidem in singularibus, non quatenus sub sensum cadunt, & quatenus profundunt aut nocent humano bono. *Audron. Rhod. lib. 6. c. 9.*

(1) Præceptum [6] Ministro dicit convenire, ut *res justo prelio metiatur*, quia viri illud prudentis est. Hic enim rerum curam habet, & diligenter eas considerat, quæ sint *utiles*, quænam *noxiæ*? Utiles quidem ex valore suo seu parvo seu magno judicat. Noxiæ res sensibus patent, & fugiuntur. Utræque autem res vel penetrari; & ex fundo cogitationibus mentis erui possunt; vel non possunt penetrari, & cogitationes mentis non ulterius ascendunt, quam mens ipsa potest. Res secundæ vel sunt *utiles*, vel *noxiæ*.

(2) Officium sagacis est, ut quærat, & colligat ad finem pertinentia, nempe *honesta*, & *utilia*; quamquam bene Tacitus dicat, paucos prudentia *honesta* a deterioribus, *utilia* a noxiis discernere; plures aliorum eventis doceri. *IV. A. 33. vide Boëcl. diss. Pol. 2.*

ita neque noxias, neque (3) utiles (4) videntes, rerum curam non habent. Quidam parvi res pretii magni; magni vero pretii res flocci faciunt, omnia quia perperam interpretantur. Senibus quidam carentes mala sua non sentiunt. Sunt res, quibus cogitationes non satis queunt inhærere. Prudens omnia considerat, non tamen aquabiliter. Ubi enim fundus est, inde rem eruit, & interdum ita cogitat, ut cogitationibus ejus plura adhuc restent. Adeo mens ejus ascendit, quo ejusdem est solicitude enisa.

### CCXLII. Interna (1) intueri.

**A**ccidit plerumque, ut res sint longe aliæ, atque videntur; & ignorantia, quæ

(3) *Andronicus* bene; novit, inquit, quidem vir prudens, quæ sint hominis bona; sed & singularia novit necessario, quæ sint agenda huic homini, & hoc tempore. *Rhod.* lib. 7. c. 8.

(4) Imo etiam reipubl. Non enim levia libertas Senatoris consecutatur, sed de bello aut pace, de vectigalibus, aut legibus, aut aliis, quibus publica continentur, prudenter consultat. *XIII. A. 49. 2. 3.*

(1) Præceptum [7] monet Ministro, *internam rerum considerationem adhibendam esse*, ut verum carundem valorem inveniat. Pro rerum diversa facie, externa consideratio mendaciis credula fallit; interna autem veritatem sequens, res discernit, & mox verum pretium a falso distinguit. [3] Res vel sunt veræ, vel falsæ.

quæ tantum corticem aspexerat, postquam in interna rerum se confert, instruitur. (2) Omnia rerum prima, semper est mendacium, quod stultos verbo unico vulgi, (ita dicitur) per ora multorum tradito, ad credulitatem trahit. (3) Veritas semper ultima advenit tardaque, quoniam tempus illam claudicans comitatur. (4) Prudentes semper alterum reservant dimidium, quam Natura sponte duplicavit. (5) Fraus tota est superficiaria, & fraudem qui nectunt, in fraudem statim incident. Eo majoris ut æstimetur a prudentibus *discretio*, in interna configit.

## CCXLIII.

(2) Bene *Seneca*; miramur rei alicujus inopia laborare magna fastigia: quid omnia possidentibus deest? ille, qui *verum dicat*. lib. 6. de Ben. c. 30.

(3) Multi principes veritatis impatientes maxime utilia suadentes oderunt, ut olim Darius. *Curt.* lib. 3 c. 2. & eadem res elicuit iam Alexandri, quam olim animo capere non poterat. lib. 8. c. 5.

(4) Improbi sunt ministri, qui veri copiam non faciunt, sed suspensa, & quo ducantur inclinatura respondent. XI. An. 34. 2.

(5) Felix, per quem multorum improbitate depresso veritas emergit. *Cic. pro Cluent.* Licet aliter res eveniat, tamen magna recordantis consolatio est, se recte, vereque sensisse. *Cic. lib. 6. ep. 22. f.*

CCXLIII. *Bene* (1) *eligere*.

**B**ona electio sanæ (2) menti , sanis-  
que sensibus (3) innititur. Pruden-  
tia naturalis , & institutio non sufficiunt  
ad vitam feliciter transigendam ; Nulla  
Virtus est , in qua non aliquid eligatur.  
*Facultas eligendi* , & rei optimæ *electio* ,  
tanquam duo effectus sanis sensibus in-  
sunt. Plurimi sunt ingenio fœcundo ,  
subtilique , judicio simul acri , & multa  
rerum notitia , ex studiis literarum colle-  
cta ; quæ tamen dona vana sunt , quan-  
do de facienda electione quæritur. Illis  
quidem fatale est , incidere in rem *pessi-*  
*mam*

(1) Præceptum [8] credit Ministrum non posse carere *Electione naturali* , tanquam maximo cœli dono. Res quomodo nosse & discernere debeat , max. 240. 241. 242. docuerunt. Discretæ res eliguntur. Personæ quæ-  
dam possunt eligere , quæ sanam mentem , & sanos sen-  
sus habent ; quædam non possunt. Electio *necessaria* ,  
quia in omni virtute adhibenda. *Consistit* autem [1] in  
facultate ipsa , [2] in actu eligendi [3] rem optimam.  
*Maximum donum est* , sine quo magna naturæ dona vana  
sunt ; mentis enim acris , & judicii profundi viri eligunt  
sæpe res pessimas ; quia sanis sensibus non sunt , simulque  
electione carent.

(2) Eorum , quæ honesta sunt , potest incidere sæpe *contentio* , & *comparatio* , de duobus honestis utrum ho-  
nestius : Inde etiam in *deligendo* *comparatio* est necessa-  
ria. I. Off. c. 43.

(3) Sed utilitatum *comparatio* sæpe etiam est necessaria,  
II. Off. c. 25.

*mam, & dicere possem, eos velle quidem decipi.* Igitur coeli donum est maximum, Electionem naturalem habere.

*CCXLIV. In posterum (1) prospicere.*

**M**aximæ est Providentiæ (2) reliquas (3) illi horas habere. Non superveniunt iis casus fortuiti, (4) qui sibi provident; neque passus lubrici imminent, qui eos exspectant. Non decet exspectare, ut aquis immergaris; ut periculi memineris, obviam eidem est eundum,

(1) Sciat Minister *in posterum prospicere*: Hæc enim maxima est regula providentiæ. Consultant homines vel ante, vel post negotia, vel plane non. Ante negotia consultantibus duæ sunt res necessariæ, Attentio, & Providentia: Illa rerum circumstantias exacte considerat; Hæc tempus sibi reservat, & memor casuum, qui consilia subruere possunt, ratione eos prævenit, & decernens, quomodo iis occurrentum, oportunitates rerum affatim expendit, & negotium tandem peragit. Hoc [9] est præceptum.

(2) Hæc Virtus, dum exercuerit ingenii aciem ad bona deligenda, & rejicienda contraria, ea providendo est appellata providentia. Cic. l. 2. de LL. c. 23.

(3) Prudentes dicimus providentes, sunt enim in rebus exercitati, qui, ut de Atheniensium Solone accepimus, orientem Tyrannida multo ante perspiciunt. Cic. lib. 2. de Div. c. 19.

(4) De futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum conjectura possimus proprius accedere. Cic. lib. 6. ep. 8. ad f.

dum , & quidquid nobis pejus potest accidere , matura consideratione antevertendum. *Pulvinar* est muta *Sybilla*. Præstat ante rem facienda dormire , quam refacta exergefieri. *Quidam faciunt*, quæ postea expendunt ; qua re excusare , quam peragere negotia malunt. *Quidam* neque antea , neque postea cogitant . Cogitandum in vita omni est , ne in ea aberremus. *Attentio & Providentia* oportunitatem nobis præbent post vitam (ratio-ne quasi ) futura præripiendi.

### *CCXLV. Consilium (1) revidere.*

**P**rovocandi ad revisionem via est securissima, in primis certa ubi ejus est utilitas; seu concedas aliquid, seu melius deliberes, semper spatum quærere expedet Novæ superveniunt cogitationes, quæ confirmant consilium , & roborent. Ubi quæritur de (2) largitione , hæc pluris fit ob di- scre-

(1) Præceptum [10] suadet Ministro , *Consiliorum revisionem* , velut viam securissimam consultandi. Ubi enim in rebellione , vel tumultu quidam subito poscent , & neque largiri eis , neque denegare quicquam licet , ut res melius deliberetur , & cogitationes posteriores accersantur , revisioni consilii , & dilationi rerum spatium datur.

(2) In seditione II. Germanica sub Tiberio flagitatio militum I. A. 31. 4. & I. A. 16. 1. In consultatione vide-

scretionem largientis, quam voluntatem ejus, qui largitionem non expectavit. Quod desideratum semper pluris fuit æstimatum. Rei *denegandæ* tempus modum accommodat, & negationem tamdiu finit maturescere, donec oportunitas advenerit: cui accedit, quod sæpissime post primum desiderii fervorem denegationis rigor sine sensu accipiatur. Cito qui poscunt, (3) tarde debent audiiri, (4) vera enim hæc est ratio casuum subita evitandi. (5)

## CCXLVI.

videbatur *periculosa severitas*; *flagitiosa largitio*; seu nihil militi, seu omnia concederentur, in *ancipiit Republica*. I. A. 36. 3.

(3) Male olim *Germanicus* seditionis pecuniam & missionem quamvis non flagitantibus, obtulit. I. A. 37. 1. Et *Tiberius* ejus largitione pecuniarum, & missione festinata angebatur. I. A. 52. 1.

(4) Nisi, negare quæ quis mallet, invitus subditis largiri cogatur. *Picc. Obs. Hist. Dec. V. c. 1.* Ut *Flaccus* multa concedendo efficerat, ut acrius exposcerent milites, quæ sciebant negaturum. IV. *Hist. 19. 2.*

(5) Sit exemplo *Alexander*, quomodo singula animi consultare videri debeant. Ubi enim *progredi arduum*, & *reverti periculosum* erat, versabat se ad omnes cogitationes, aliud, atque aliud, ut fieri solet, ubi *primo quæque damnamus*, subjiciente animo. *Curt. lib. 6. c. 6.*

CCXLVI. *Mens* (1) *acris.* (2)

**R**egularum hæc est princeps, aut ad agendum, aut ad loquendum. Quo sunt negotia *sublimiora*, eo magis hæc mens est necessaria. Unum Prudentiæ granum majoris, quam cella tota subtilatum valet. Via hæc est, (3) quæ ad normam certi ducit, licet non adeo ad applausum tendat. Quamquam nomen Prudentiæ est triumphus gloriæ, sufficiet tamen prudentibus satisfacere, quorum *approbatio* magnis ausis lapidis Lydii instar erit.

## CCXLVII.

(1) Præceptum (11) vult, Ministrum mentem acrem habere, quia maxime ea est illi necessaria. In negotiis enim subliñibus, ubi revisio consiliorum necessaria est, consulit sibi optime, qui rationes non subtile, sed certas invenit; & hæ si non sunt simpliciter tales, sufficit tamen, si sunt probabiles, & prudentibus probantur.

(2) Quædam *sententia non debet relinquī*, quæ certa est; seu certis, seu prudentiū argumentis firmata. Turpis enim, & fœda est, & signum incertæ mentis sententiæ mutatio. *vide Lips. III. Pol. 5. 8.* nisi eventus, & tempora aut mutationem, aut flexionem velint. n. 9.

(3) Eadem ratio, quæ fuit, futuraque, donec eadem res manebunt, immutabilis est. *Liv. l. 22. c. 39.*



**CCXLVII.** Prudentiae (1) considerantis (2) securitas.

Bene quidquid fit, semper est diuturnum. Cito quod fit, cito perit. Opus æternum quod debet durare, debet etiam æternitati esse factum. Sola tantum (3) perfectio respicitur, & præter perfectum nihil durat. Ab intellectu (4) profundo quod proficiscitur omne opus æternum manet. (5) Magni res pretii

T 2 ma-

(1) Præceptum [12] continet partem II. Prudentię, nempe *Judicium profundum*. [2] Quod ministro esse necessarium, quia prudentia in eo securitas consistit. Qui enim rem perfectam, sive opus æternum perficere vult, ille judicio profunde ad rem illam opus habet, quodque est magni pretii, si tarde, ex rationibus certis (de quibus max. 246. actum) concludit.

(2) [11] Facultas est bene *judicandi*, asequens ea, de quibus consultatum fuit. Arist. VI. Nic. c. 11. Judicare enim, quæ prudentia præcipit, & scire, ea se recte habere, & sic agi oportere, *Intelligentia* est. Andr. Rhod. I. 6. c. 11.

(3) Potest quis singula, quæ instituit, recte perficere, si *judicium certum* ad propositi sui executionem adhibuerit. Polyb. Hist. lib. 9. max. 246. b.

(4) Consilium quoddam est perfectum, quod certis argumentis est firmatum. Intellectus enim ex rerum fundamentis quas dum rationes petit, quibus consilium firmatum, quis perfectum, æternum manet. At nemo illas rationes profundas eruere potest, nisi profundum fulcum in pectori habeat. Æschyl. in VII. Theb. aut nisi spina gen domi teneat. Plin. H. N. lib. 34. c. 8.

(5) Ad Intelligentiam referuntur 2. partes *Docilitas*, &

magni valet. Metallorum pretiosissimum maxime est serotinum, & gravissimum.  
(6)

### CCXLVIII. Synthesis. (1)

Illa est *rationis* solium, Prudentiaeque fundamentum. Post ejus consultacionem facile est nunquam aberrare. Ea (2) donum est cœlestis, & quantacunque sit (3) nullis votis satis potest expeti. Prima pars ea est *armaturæ* humanæ, tamque illi necessaria, ut licet eam reliqua deficiant, ea tamen sola sufficiat. Omnes vitæ actiones ex ejus influxu pendent, & quum

& Memoria; Illa est, qua quis fit ad rem accipiendam docilior, & attentior *Quint. Inst. Or. lib. 4. c. 2.* Memoria est, per quam repetit animus illa, quæ fuerunt. *Cic. lib. 2. de Inv.* Quæ enim fiunt, & futura sunt, ex præteritis colliguntur. *Quint. l. c. lib. 7. c. 3.*

(6) Vide consultationem Paulini, Othoni salutarem, ni imperitia hujus festinationem prætulisset. *II. Hist. 32. & 33.*

(1) Præceptum [13] dicit, Ministrum non posse carere *Synthesi*, quia Prudentia est fundamentum. Est illa solium rationis, quod ubi homo consulit, nunquam errat. Est autem illa inclinatio a natura indita, ad æquitatem ferens, ex qua mens de actionibus judicat, & ex judicio ejus partem securiorem eligit.

(2) Bene de Germanis *Tacitus*; plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. *de M. G. c. 19. n. 6.*

(3) Constat de Scythis, illis naturam dedisse, quod Græci longa sapientium doctrina, præcepti que consequi nequeunt; cultosque mores incultæ Barbarici collatione superari. *Justin. II. 2. 14.*

quum omnia a mente fiant , secundum ejus judicium illæ actiones bonæ, malæ-ve judicantur. In inclinatione ea naturali consistit, quæ ad æquitatem dicit , semperque partem securiorem eligit.

CCXLIX. *Opiniones* (1) suas mode-  
rari. (2) (3)

**Q**Uilibet ex utilitate (4) sua *judicat* , & in eo , quod metus ei repræsen-tat , rationibus abundat. Plurimi ho-minum *affectui* rationem postponunt.

T 3 Sen-

(1) Præceptum [14] putat Ministri *opinionem* *tum esse moderandam* , quando affectibus , quam rationi pro-pior est. Inter contradicentes opinio una *rationabilis* , nempe rationi conformis , cuius rationes honestæ , certæ , securæ ; altera *irrationabilis* , nempe affectibus conve-niens , quibus judicium conforme , seu de appetendis sit , seu de fugiendis. Ubi opinio contradicens Ministro vi-detur *subtilior* , rationes ejus *examinandæ* , & modera-tione in dubitatio suggeret , & Ministru m inter utrumque quasi medium locabit.

(2) L. Piso olim celebris , quod nullius servilis senten-tiæ sponte autor fuerit , & quoties *necessitas* ingrueret , sa-pienter *moderans*. VI. A. 10. 4.

(3) Talis etiam *Lepidus* olim ; Hic pleraque ab sœvis adulacionibus aliorum in melius deflexit , nec tamen tem-peramenti eguit , quin æquabili autoritate & gratia apud Principem vigeret. IV. A. 20. 3.

(4) Pessimum veri affectus venenum est sua cuique *uti-litas*. I. Hist. 15. 6.

Sentientium (5) quidem contraria, uterque rationem suare a partibus suis credit; attamen semper quæ fida unquam bifrons (6) fuit? Prudentis est rem ejusmodi subtilem considerare, & aliorum imaginationem dubitatione sua corriger. Quamquam interdum adversarii sui partibus accedat, ut fundamenta ejus examinet; Indeque fiet, ut neque alium condemnnet, neque sibi tam facilem victoriam causæ persuadeat.

### CCL. Arripere (1) consilium.

**P**Ejus est non capere consilium, quam male idem exequi. Aqua stagnans, non fluens, putrescit. Sunt quidam (2) con-

(5) De dissidio consulentium vide Lips. III. Pol. 6. 7.

(6) Ex optimis viris optima sunt consilia. Herod. I. 3. c. 81.

(1) Preceptum [15] dicit Ministro convenire, ut arripiat consilium, quia viro magnanimo hoc est proprium. Post opinionem examinatam capiendum est consilium. At sunt homines, qui vel non possunt, quia re qualibet confunduntur, & naturæ tarditate executionem fugiunt, nisi ab alio instigentur: vel possunt, quia nulla re confunduntur, & 4. virtutibus freti [5] fortunæ suæ securi omnia conantur. In his, quam in illis major est magnanimitas.

(2) Sunt, qui ex aliena libidine huc illuc fluctuantes agitantur, interdum alia, deinde alia decernunt: Ut dominantium similitas, atque arrogantia fert, ita bonum, malumque publicum existimant. Salust. Or. 2. ad Cæs.

consilii capiendi adeo *incerti*, ut nihil agant, nisi instinctu alieno; & quidem non tam perplexitate (3) ingenii sui, saepe vivacis, subtilisque, quam naturæ quadam lenitudine. Evidem magni est animi signum, *difficultates* sibi rerum proponere; attamen majus est consilium capere scire. Præter hos sunt alii, nulla qui re confunduntur, & hi ad magna negotia sunt nati, vivacitas quoniam concipiendi, simulque constantia judicandi in intelligentia, & executione negotiorum eos adjuvat. Peractum enim est, quidquid in manus eorum incidit. Sane ejus generis homo, postquam uniuerso mundo leges dedit, satis spatii habuisset alterum etiam Mundum legibus instruendi. Homines enim tales fortunæ suæ certi, securique omnia conantur.

T 4

CCLI.

(3) *Talis Vitellius*, qui rædio castrorum Romam revertit, recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus. *III. Hist. 56. 4.*



**CCLI.** Nunquam se (1) ad inimici consilia præterita (2) conformare.

**N**Unquam stultus aget, quod prudens judicat, quia rerum oportunitatem non novit discernere. Prudens vero secus aget, & consilio cognito, & ab adversario occupato contrarium aliud capiet. Materiæ debent in modum dilematis examinari, simulque rationes in utramque partem conquiri, ut tandem aut ad affirmationem, aut negationem nos parremus. Evidem judicia differunt; Attamen propensio in nullam partem atiente semper considerat, non tam quid evenerit, quam quid possit evenire.

**CCLII.**

(1) Præceptum [16] dicit, Ministrum cavere debere, ne ad inimici se consilia præterita conformet, quia stultitia appropinquat. Consilio ab hostibus occupato prudens videt oportunitatem transiisse; mox dilemate opinionem suam decidit.

(2) Nulla sunt meliora consilia, quam quæ ignoraverit adversarius, antequam fierent. *Veget. lib. III. c. 26.*



*CCLII. In meditatione (1) non errare. (2)*

**N**Eque affectetur meditatio, neque noscatur. Omne *artificium*, quod suspicuum est, pateat; multoque magis omnis præcautio, quippe quæ est odiosa. Ubi fraus dominarur, ibi quidem *vigilantiam* oportet duplicare, attamen tegenda etiam est, ne homines difidendi causam inveniant. Provocat vindictam *suspicio*, incogitatasque antea nocendi occasiones suppeditat. Meditatio, quæ rerum complectitur statum, magnum ad agendum momentum affert. Recti sensus non est melius argumentum, quam meditatio. Maxima enim actionum perfectio pendet *ex plena cognitione*, qua illas exequimur.

T 5

*CCLIII.*

(1) Præceptum [16] monet, *in meditatione Minister non esse errandum*, quia illa actionem finit. Minister rerum statum sciens, oportunitate oculis suis videns ad executionem se confert. Plena rerum cognitione, & executione actio finitur. Executionem meditans rationes suas, articia, aut fraudes tegat; alias enim adversarius vigilantiam iis opponit, & fraudes violentia prævenit.

(2) Omnium præceptionum optima est, ut, quæ norimus esse utilia, conficienda curemus. Xenoph. *Equit.*

**CCLIII.** *Sanus (1) Sensus.*

**Q**uidam prudentes nascuntur, & *propensione* (2) naturali viam Prudentiae ingredientes statim fere dimidium viæ confecerunt. Ratio eis cum ætate, & experientia maturescit, & tandem illi gradum mentis perfectissimum attingunt. (3) *Pertinaciam* horrent, velut tentamen Prudentiae suæ, in primis vero publicis in negotiis, quæ maximam ob utilitatem omnem cautionem exigunt. Homines tales ad puppim ipsi sedere, aut sedentibus ibi consulere merentur.

**CCLIV.** *Mediis humanis, (1) tanquam (2) divina non essent, & diuinis, tanquam humana non es- sent, uti.*

**H**oc est præceptum magni Magistri, quod commentario opus non habet.

**CCLV.**

(1) Præceptum [17] complectitur III. partem Prudentiae, nempe *sanos sensus*. [2] His non potest Minister carere, quia magnis & perfectis viris conveniunt. Præter rationem & experientiam sani sensus necessarii sunt Ministro primario, aut qui ei consulunt; & inesse eis videntur, ubi propensio naturalis ad prudentiam, horror pervicacia, in primis in publicis negotiis in iis inveniuntur.

(2) vide max. 248. b.

(3) Sunt quidam natura ita pugnaces, ut tantum sententiis aliorum contradicant. *Lipf. III. Pol. 6. 2. 3. 4.*

(1) Præceptum [18] dicit, præsens monitum non esse

CCLV. *Oculos (1) in (2) tempore  
aperire.*

**Q**ui vident, non omnes (3) apertos oculos habent; neque omnes, qui intuentur, vident. Non remedium, sed causa est doloris, nimis tarde res suas revidere. Videre quidam *incipiunt*, nihil amplius ubi videndum restat. Destruxerunt illi ædes suas, & bona sua ante dilapidaverunt, quam ipsi se perfecerunt. Difficile est homini-

*negligendum*, quia a magno magistro proficiscitur. Sani sensus facile vident, qualia media, talem etiam eorum esse usum.

(2) Quamdiu navis secundo vehitur cursu, nemo fere mortalium divinis attendit. Ut Galli olim; qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in præliis, periculisque versantur, aut victimis homines immolant, aut se immolaturos vovent. *Cæs. de B. G. lib. 6. 16.*

(1) Præceptum [19] suggerit Ministro, ut studeat *oculos in tempore aperire*, ut salutis suæ rationem habeat.

(2) Bene *Aristoteles*; Prudentia, inquit, est singulare, quorum cognitionem dat *Experientia*. IV. Nic. c. 8. Hanc facit *Usus*, sive notitia rerum humanarum ex *visu*, vel tractatu. *Lips. I. Pol. 8. 2. 8.*

(3) Duo sunt adhibenda homini, ut ei oculi aperiantur; *doctrina*; *peritia*. Bene *Socrates*; stultus, inquit, est, qui absque eruditione se posse existimat consulere, sive utiles & noxias res discernere. *Xen. lib. 4. Memor.* Peritia consistit in eruditione, quæ multis experimentis paratur. *Plin. lib. 1. ep. 5.*

(4) Male si regi, ut olim Claudio, non amor, non odium, nisi indita, & jussa. XII. A. 13. 4. aut si cum arbitria *pædagogorum*, ut olim Galbani, regunt. *Suer. inv. c. 14.*

nibus intelligentiam impertiri , qui voluntatem non habent intelligendi ; & difficilis indere voluntatem eis , qui intellectu carent. (4) Qui circumdant eos , velut cæcis illudunt , eaque re societas omnis delectatur ; & quia surdi sunt auditu , nunquam ad videndum oculos aperiunt. Interim sunt , qui sensuum hanc vacuitatem fovent , quorumque in eo sita est fortuna , ut curent alios despici. O equum infortunatum , cuius dominus est oculis captus ! difficulter enim pinguescat.

### CCLVI. Ars (1) oportune (2) rem aggrediendi. (3)

**S**TULTITIA in homines subito incedit ;  
Squippe stulti omnes sunt audaces. Ea-  
dem

(1) Praeceptum [20] docet , Ministrum nisi debere , ut oportune rem aggrediatur. In eo enim ars , sive Prudenteria consistit. Male Minister subito , & temere , sine rebus ad finem necessariis quid aggreditur ; bene tamen , si caute , præcedente justa meditatione , sequente discrezione temporis , & loci ; ubi exploratio necessaria profunditatis , & rupium in ea ; quæ si non inveniuntur , sine periculo prudens aliquid aggreditur.

(2) Magna in rep. momenta sunt temporum , & multum interest , utrum idem illud ante , an post decernatur , suscipiatur , agatur. Lips. III. Pol. 8. 4.

(3) Male olim sub Vitellio Valens Dux inutili cunctatione agendi tempora consultando consumxit. III. Hist. 40. 4.

dem ignorantia , quæ impedit , quo minus initio de rebus necessariis sibi proficiant , illis deinde notitiam errorum adimit , quos committunt . Verum Prudentia magna cautione incedit , cursoribusque utitur , *Meditatione* , & *Discretione* ; quæ pro illa excubias agunt , ut eadem sine periculo progrediatur . Evidem discretio damnat omnis generis temerarios in præceps ruentes , licet prosper eos interdum exitus absolvat . Ubi profunditas est dubia , ibi passibus est numeratis gradiendum . Illam explorare primum est judicii , & Prudentiæ deinde eam sequi . In mundi commercio præfens ætas *ruperes* eminentes invenit . Cavendum est ergo , bolidem suam exploratoriam ne quis imprudenter immittat .

### CCLVII. Res faciles, tanquam difficiles , (1) *Et* has tanquam faciles suscipere.

**I**llas quidem , ne nimia nostri fiducia torpescamus ; has vero ne timore nimio

(1) Præceptum [21] vult , Ministrum debere res *difficiles tanquam faciles suscipere* , ut actiones suas eo felicius finiat . Res magni enim momenti , agendæ , non ratiocinatione , sed diligentia vincendæ .

mio animum nostrum inflectamus. Res ut agenda deficiat, tantum facta debet putari; *diligentia* vero rem non possibilem superscandit. In (2) magni momenti rebus non decet ratiocinari, sed eas *aggredi* sufficit statim, ubi agendæ sunt; consideratio enim difficultatis sæpe homines asequendo deterruit.

### CCLVIII. Modos (1) exsecutionis invenire.

**H**ic est effectus fortunæ vivacitatis; nulla unquam re tanquam fortuita perturbari. Quidam cogitant diu posteaque nihilominus omnibus in rebus falluntur; alii vero licet ante non cogitent,

(2) Bene Tacitus de *Vespasiano*; In tanta mole belli plerumque cunctatio, & Vespasianus modo in spem eretus, aliquando adversa reputabat. Quis ille dies foret, quo LX. ætatis annos, duos filios juvenes bellum permitteret. Esse privatis cogitationibus regressum, & plus minusve sumi ex fortuna; at imperium cupientibus nihil medium inter summa, aut præcipitia. II. *Hist.* 74. 5.

(1) Præceptum [22] monet, Ministrum debere laborem, ut modos exequendi inveniar. Hæc enim res in primis gloriam Ministri auget, & conservat. Sunt enim, qui cogitant diu, & non inveniunt modos; & cogitant diu, & inveniunt eos; vivacitate, & constantia mentis; & cogitant parum, & subito in arena, in turbidis modos inveniunt. Et hi sunt virtutis, & subtilitatis, & existimationis prodigia.

tent, omnibus rebus modos (2) executionis inveniunt. Sunt characteres contrariae revolutionis, quibus nunquam prosperiori fortuna frui licet, quam in turbidis. Sunt prodigia, qui omnia bene in arena, & præcogitata male faciunt; nunquam illis, nisi quod subito, venit. Hujusmodi homines magna semper existimatione florent, quoniam ex subtilitate mentis eorum, consiliorumque eorum successu de habilitate eorundem prodigiosa merito judicium fertur.

### CCLIX. Cæpta (1) persequi. (2)

**Q**uidam ad incipiendum tantum sunt apti,

(2) Valens Dux Vitellii, contra Vespasianum dum inutiliter cunctatus utrumque consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterrimum est, media sequendo nec ausus est satis, nec providit. *III. Hist. 40. 4.*

Bene Cicero; quum in discrimen ventum sit, expedire rem, & ex tempore consilium capere posse, hanc omnes existimant utilem, veramque prudentiam. *II. Off. c. 9.* Talis fuit Nabarzanes apud *Curt. VI. 4.* Imo etiam Datames. *Nep. Dat. c. 7.*

(1) Præceptum [23] dicit, Ministruum non posse cæpta intermittere, quia gloria & fortuna ejus in tali persequitione consistunt. Quidam executionem vel incipiunt, & negotia abrupunt, aut inconstancia, aut impatientia; vel finiunt, & quidem patientia; attamen effectu rei non fruuntur, & desperatione, aut levitate; qua parcunt nationi, quam oportune delere potuissent.

(2) Constituendum est, quid velimus, & in eo persequendum. *Sen. ep. 23.*

apti , nunquam vero ad finiendum. Inveniunt quidem res , attamen mentis eorum *inconstantia* efficit , ut in eis non pergant. Neque unquam sibi existimationem acquirunt , quia nunquam ad finem usque descendunt; adeo negotia sua sponte abrumpunt. In quibusdam causa hujus rei est *impatientia* , qui defectus est Hispanorum , quemadmodum *patientia* Virtus est Belgarum. Hi finem negotiorum , & negotia finem illorum vident. Sudant illi , usque dum difficultates vincant , & , victis his , contenti sunt; Interim victoria frui non norunt ; monstrantque , posse illos , quod nolunt ; defectus autem ille aut *desperationis* est , aut *levitatis*. Ubi autem finis est bonus , quare ad eum non enitimus ? ubi vero est malus , quare eum incipimus ? Prudentis est occidere *aves* , neque exspectare tamdiu , donec sustollant se , & avolent.

CCLX.



**CCLX.** *Rem bene ante (1) exsecutio-  
nem dirigere.*

**Q**uidam directionem (2) potius rerum, (3) quam (4) successum intuentur; & tamen directio ad cautionem non sufficit, a contumelia futuri eventus improsperi, nos immunes praestandi. (5)

Vi-

(1) Praeceptum [24] putat, Ministrum *ante executionem* duo observare debere, quia totidem ejus existimationem conservant. *Directionem rerum* secundum causas & rationes bene examinatas; *Eventum*, qui priori videtur esse tutior, & honorarior; ex eo homines judicant, ad eum omnes nituntur, vel turpes modos non verentes, ubi per honestas artes ad finem non perveniant.

(2) *Iniqua est ea opinio*, credens in executione potius debere eventum aspici. Est illa rationi contraria, licet usu sit recepta. Nemo bonus malum consilium approbat, cui fortuna arrisit; aut bonum consilium culpat, quia illud fortuna superavit. Ab animi instituto, & directione prudentis actio pendet; qui si facienda non prætermisit, vel vietus non potest culpari. Bene Plinius; est omnino iniquum, sed usu receptum, quod honesta consilia, vel turpia, prout male aut prospere cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur. lib. V. epist. 21.

(3) Bene Cicero; quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris providebuntur. Cic. lib. 6. epist. f. 11.

(4) Sæpe omnia summa ratione, consilioque acta, fortuna etiam, ut sit, secuta est. Liv. lib. 5. c. 19.

(5) Interdum tamen ab ipsa fortuna videoas crudelissime consilia esse multata. Cic. pro Rabir.

Victor, rerum gestarum (6) rationem non reddit. Pauci quidem rerum causas, & (7) rationes examinare sciunt; quilibet tamen *ex eventu* judicat. Igitur rebus suis secundis nemo existimationem suam amittet. Prosper exitus omnia coronat, licet turpes modos ad eum enitendi quæsiverit; ars est arti obviam ire, quando summa voti non aliter licet potiri.

### CCLXI. *Intrepide* (1) *agere*. (2)

**M**Etus futuri successus infirmitatem exequentis rivali suo detegit. In ipso affectus calore ubi animus dubitat, idem

(6) Sæpe etiam prava consilia prospere evenerunt. *vide Lips. III. Pol. 8. 19. & nor.*

(7) Tacitus de prudente, non modo, inquit, *casus, eventusque rerum*, qui plerumque fortuiti sunt, sed *ratio etiam, causæque noscendæ*. *I. Hist. 4. 1.* Talis Paulinus. *II. Hist. 25. 3.*

(1) Præceptum [25] consulit Ministro, ut non omitat *intrepide rem exequi*. Hæc enim res ejus & prudenter, & firmitatem indicat. Post deliberationem aut statim de fausto eventu consilii & ratio, & sensus dubitant; & successus ejus sæpe est infaustus; aut in ipsa executione quidam trepidant, & dubitant, ne prosper consilio eventus desit; quod non committendum, quia mentis infirmitatem Ministri, dubitatio vero ejus imprudentiam indicat.

(2) Vir ille erit optimus in deliberando, si adhibeat quidem in consilium *timorem*, posse rem male cedere; in re tamen ipsa *animum* summat. *Arabanus ita apud Herod. lib. 7. cap. 49.*

idem sibi imprudentiam exprobrabit, postquam ignis primitiae teperint. *Adiennes* omnes, quæ fiunt mente dubitante, sunt periculosæ, & præstaret iisdem abstinere. Non contenta Prudentia *probabilitate*, in claritate diei semper obam-bulat. Qui succederet ausum, a mente conceptum, & a metu damnatum? Si enim consilium, in mentis curia *deliberatum*, saepe fausto caruit successu, quid exspectatur de eo, quod ab initio in ratione, & sensibus nutavit?

## CCLXII. *Diligentia*, (1) & *Intelligentia*.

**Q**UOD intelligentia oportune excogitat, idem (2) Diligentia (3) prompte exsequitur. Stultorum affectus est *festinatio*, qui tumultuarie agunt, quum periculum detegere non possunt. Prudentes contra tarditatem peccant; Hæc au-

U 2 tem

(1) Præceptum [26] commendat Ministro *diligentem executionem*, quæ prosperam fortunam parit. Talis autem executio non est tumultaria, sed ordinata, neque tarda, aut dilata; sed promta.

(2) Qualis olim Agrippas, qui per emnia extra dilatationes positus, consultisque facta conjungens. *Vell. lib. 2. c. 79.*

(3) Tales etiam Athenienses, qui ad *perspiciendum acuti*, & ad *perficiendum celeres* erant. *Tbucyd. B. P. lib. 1.*

tem est effectus deliberationi usitatus. Interdum *dilatio* sinit rem bene consultatam excidere. Prosperæ fortunæ parens est *prompta executio*. Bene ille egit, nihil qui in cunctinum distulit. Digna Augusto Principe vox est: *Lente festina*.

### CCLXIII. *Facere (1) amicos. (2)*

**A**MICOS habere vita est altera; omne amicus est amico suo *bonum*; inter amicos omnia sunt jucunda. Homo non valet ultra *preium*, quod alii illi conciliant. Cujus rei voluntatem ut eis indas, post animum eorum est lingua occupanda. Non est ulla melior Magia, quam *officia*; neque meliori modo amici, quam officiis parantur; quidquid enim in vita boni habemus, illud omne ex

(1) Quemadmodum prudentia ex scientia rerum bonarum & malarum constat, *Cic. III. de N. D. c. 15.* eodem modo Autor de bonis *max. 263. seqq.* & de malis *max. 272. seqq.* agit. [2] Ad bona pertinent in primis *Amici*, de quibus *IX. præcepta dedit*. [3] *Amici autem Ministro sunt querendi*, velut magnum hominis bonum. Est enim amicus ista ipsa, & bonum, quo alter valet, quicquid est; qui lingua, animo, benevolentia, & officiis paratur; quolibet die unus quæ endus est, & ex omnibus tandem aliquis sit intimus. [1] *Præceptum*.

(2) Cicero *amicitiam* dicit divinarum & humanarum rerum cum benevolentia, & caritate summa in consensione. *Læl. f. de Amic. c. 6.*

ex alio pendet. Certe aut cum amicis, aut inimicis est vivendum; quolibet autem die amicus est faciendus, & si quidem intimus non sit, ejus tamen benevolentiam ad minimum sibi convenit parari. (3) Ex amicis enim quidam, bene cogniti, intimi (4) fient.

#### CCLXIV. Amicos ratione (1) eligere. (2)

**A**MICI sunt a prudentia examinandi, & a fortuna probandi. Non sufficit eos voluntatis consensu, sed Intel-

U 3 lectus

(3) *Amor princeps* est ad benevolentiam conjungendam. *ibid. c. 8.* ille autem *confirmatur* & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adjuncta. *ibid. c. 9.*

(4) Lælius & Scipio duo amici intimi fuerunt; Lælius bene, sed, inquit, recordatione amicitiae sic fruor, ut *beate vixisse* videar, quia cum Scipione vixerim; quocum mihi cura de *re publica*, & de *privata* fuit; quocum & *domus*, & *militia* fuit; & id, in quo est *omnis vis amicitiae* voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. *ibid. c. 4.*

(1) Curanda est *Amicorum electio*, quæ maximi in vita civili est momenti. Placent prudenti amici, qui [1] voluntatis consensu, [2] Intellectus assensu, [3] & fortunæ probatione fiunt. Amicos homines *eligunt vel ipsi*, vel aliorum cura, vel casu. Vel sunt *rudes*, & *agrestes*, vel *dicti* & *politi*. Vel *veri* five personæ, vel *falsi*, five fortunæ. Vel imprudentes, vel prudentes. Vel infortunati, vel fortunati. [2] Præceptum.

(2) Bene *Plurarchus*, civilium, inquit, virorum viva, & intelligentia instrumenta sunt amici. In præc. reip. ger.

lectus (3) etiam assensu comprobari. Quamquam vitæ hæc res est momentum maximum, minimum tamen ad eandem curæ (4) confertur. Quidam amicitias interventu alieno, & plurimi casu faciunt. (5) Ex amicis de homine judicatur; vir habilis nunquam *rudes* amicos quæsivit. At licet homo quidam placeat, non ideo tamen amicus est *intimus*; quippe potius ex vivendi elegantia, quam ex certa alia opinione de virtute ejus amicitia nasceretur. Amicitiae sunt (6) veræ, & *false*; hæc voluptati, at illæ a-gendi securitati inserviunt. Pauci personæ, multi vero sunt fortunæ amici. *Bona mens* amici unius utilior, quam omnis bona aliorum voluntas. Igitur electione amicos, non vero forte sume.

## Ami-

(3) Cicero eligere suadet, qui sunt *viri boni*, nobis *similes*. *Læt. de Am.* c. 22.

(4) Omnium rerum hæc una provisio, ut ne *nimis cito* diligere incipiamus, neve *indignos*. *Digni autem sunt amicitia*, quibus ipsis inest causa, cur diligentur. *ibid. c. 21.* Ergo *cum judicaveris*, diligere amicos oportet; non *judicare*, cum dilexeris. *ibid. c. 22.*

(5) Sunt firmi & *constantes* eligendi; cuius generis est magna penuria; & *judicare* difficile est sane, *nisi expertum*; experiendum autem, est in ipsa amicitia. Ita præcurrat amicitia *judicium*, tollitque *experiendi* potestatem. *ibid. c. 17.*

(6) *Veræ amicitiæ* difficillime reperientur in iis, qui in honoribus, reque publica versantur. *ibid. l. c.*

Amicus prudens immunem præstat te a doloribus, imprudens contrà dolores tuos multiplicat, & cumulat. Si amicos tuos amittere non vis, magnam eis fortunam ne precare.

**CCLXV.** *Amicos* (1) *admittere.*

**Q**uantæcunque quis est Virtutis, con-  
filio (2) tamen interdum indiget.  
Neminem qui audit, (3) *stultitia* labo-  
rat incurabili. Hominum *scientissimus*  
bonis consiliis locum relinquat. *Maje-  
stas* ipsa docilitatem non excludit. Sunt,  
quibus nemo medetur, quia neminem  
admittunt. Dant se præcipites, nemi-  
ne audente accedere, qui eos impedit.

ú 4 Quo

(1) Non omittet Minister *amicos admittere*, qui maximum usum præstare possunt. Admittunt enim eos vel Principes viri, vel privati, & inter hos doctissimi, & prudentissimi; non admittunt eos stulti, & qui ideo pereunt; admittuntur ad loquendum libere, & animad-vertendum, pro autoritate, quam fides & prudentia illis tribuunt; Non omnes tamen sine discriminē, sed unus tantum, & *intimus*. [3] Præceptum.

(2) Bene Cicero; Amicorum, inquit causa honesta faciamus, Consilium vero iis dare gaudeamus libere; plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valet autoritas, eaque & adhibetur non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, & adhibitæ pareatur.  
Læl. c. 13.

(3) Cujus aures veritati clausæ sunt, ut ab amico  
vera audire nequeant, hujus salus desperanda est. ibid.  
¶. 24.

Quocirca una Amicitiae porta pateat, per quam suppetiae veniant. Amico & loquendi, & animadvertisendi integra sit libertas; opinio de fidelitate ejus, & prudenter concepta hancei autoritatem permittat. Indecorum vero est, hanc familiaritatem omnibus communem esse. Amicorum intimus unus sufficit, cuius animadversionem magni faciamus, quoque tanquam fidelitatis speculo ad intelligentiam rerum utamur.

### CCLXVI. Non abuti (1) amicorum gratia.

**M**agni magnis sunt amici (2) usibus reservandi. Ad parvi momenti negotia multam gratiam impendere; est eam dissipare velle. Usus ad extremos

an-

(1) *Amicorum quidem usum sibi commendatum habebit Minister, quia in vita civili est præstantissimus. Amici bonis omnibus præferuntur. Ab eis homini a Natura dotato tanta est fortuna, quanta fama, quæ a gratia amicorum provenit, & non minimis, sed maximis semper usibus reservatur. Quartum præceptum.*

(2) *Viro Politico inter præcipua dignitatis, virtutisque præsidia sunt illustres amicitiae. Eas Mucianus olim non juvenis modo ambitiose coluerat, quod indicium fuit animi majoribus rebus intenti; sed gerenda reip. adbitus apud subjectos, apud proximos, apud collegas variis illecebris potens in apicem rerum ivit, ut non nisi unum, vel ferre, vel facere superiorem posset. Bæcl. in annos. Pol. in I. Hist. 10.*

*anchora maxima servatur.* Ubi multum pro parvo prodigitur, quid necessitati futuræ reliqui manebit? Nihil nostræ ætatis *Patronis* est melius, neque eorum *gratia* quidquam pretiosius; hæc struit, & destruit, ut aut prudentiæ clienti, aut dementiæ opinionem conciliet. Tanta semper noverca fuit prudentibus Fortuna, quantam eis Natura, & Fama benevolentiam navaverunt. Satius est amicos suos, quam *bona* servare.

### CCLXVII. *Amicis (1) suis scire uti.*

**M**Axima est solertia. Expedit quibusdam *eminus*, quibusdam vero *cominus* uti. Quidam conversationi ineptus, aptus commercio *scribendi* fuit. Quasdam maculas delet absentia, quas præsentia intolerabiles reddit. In amicis præter voluptatē est *utilitas* quærenda. In amico tres debent esse *Boni* qualitates; aut quemadmodum alii dicunt, entis:

U 5      *tas,*

(1) *Usum amicorum* non negligit Minister, sibi bona maxima parentem. Amici alii *eminus*, alii *cominus* serviunt, alii *utiles*, alii *jucundi*, quidam & *utiles*, & *jucundi*. Amicus sit unus, *verus*, & *bonus*. Amici non sint multi, sed pauci, qui conversatione noscuntur, & a tempore firmantur. In secundis & adversis maximus est eorum usus. Quintum Præceptum.

*tas, bonitas, veritas*; ex his enim omnibus amicus partem suam habet. Qui boni habeantur, pauci sunt; & minor adhuc ei est amicorum numerus, qui non novit eos eligere. Amicos conservare, quam facere præstat. Tales quære, diu qui durent, & licet sint initio novi, (2) sufficit tamen eos se noscere posse, ut tibi satisfaciant. Ut rem recte teneas, optimi sunt, qui multis (3) modiis salis consumptis parantur. Non tam horrida est *Eremus*, (4) quam vita sine amicis. Amicitia bona multiplicat, & mala dividit. Unicum illa fortunæ adversæ est remedium; & ipiraculum, quo anima se hominis exonerat.

## CCLXVIII.

(2) Novitates si spem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ; *Vetus* tanquam suo loco conservanda est; maxima enim vis est vetustatis, & consuetudinis.  
*Læl. c. 19.*

(3) Verum est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus completum sit.  
*ibid. l. c.*

(4) *Solem* e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua a Diis nihil melius habemus, nihil jucundius.  
*ibid. c. 13.*

**CCLXVIII.** *Promittentes (1) a præstantibus (2) discernere.*

**H**Æc distinctio est absolute necessaria, sicut etiam amicorum vel personæ, vel dignitatis; quippe tales *amici* valde differunt. Ille rem male intelligit, qui neque nocet, neque verbis blanditur; aliis vero adhuc pejus, qui neque verbis fævit, neque re ipsa prodest. Nostra ætas non finit se pasci vanis verbis, ve-  
l ut ventis; neque *civilitate*, tanquam fraude civili, minime vivitur. Vera ra-  
tio fugandi aves est iter ad aucupium cum lumine. Stulti, & superbi *vento* pascuntur. Verba debent esse actionum pignora, indeque pretium suum habere. *Arbores* non frugiferæ, & sine foliis, plerumque etiam vita carent. Omnes eas

(1) Non est negligenda distinctio *amicorum promittentium a præstantibus*, quia absolute homini est necessaria. Quum enim homines sint verbis potius, quam officiis conspicui; stulti quidem & superbi eorum verbis & civitate pascuntur, attamen prudentes tali lumine fugantur; quippe verba re & affectu valent; & promissis qui stant, amici eligendi, ut tibi profint, promittentes vero umbræ tuæ, & voluptati seponendi. Sextum præceptum.

(2) Si in scena, in qua rebus fictis loci plurimum est, tamen verum valet, quia in *amicitia* fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? Cic. *Læt.* c. 26.

eas necesse est nosse ; quasdam , ut tibi  
prosint ; quasdam , ut te obumbrent.

### CCLXIX. Nunquam (1) queri.

**Q**uerelæ semper (2) Autoritatem no-  
stram destruunt. Excitant illæ po-  
tius affectum nos offendendi , quam mis-  
ericordiam nos consolandi. Aditum il-  
læ patefaciunt eis , qui querelas audiunt,  
ut nobis inferant idem , quod alii , de  
quibus querimur. Et notitia *injuriæ* a  
primo illatæ alteri ad purgationem sui  
utilis erit. Quidam , querentes de in-  
juriis præteritis , invitant *futuras* ; & lo-  
co remedii , consolationisque speratae  
voluptatem aliis afferunt , sibique con-  
temptum addunt. Melior longe est Pru-  
dentiæ regula , qua *divulgamus officia* ,  
quibus aliis obligamur , ut alios ad ob-  
ligationem nostri incitemus. Sæpe qui  
loquitur de beneficiis ab *absentibus* acce-  
ptis,

(1) *Querela de amicis estmittenda* , quia autoritatem  
hominis destruit. Ea enim offendimus alios , ut nobis  
eadem injurias inferant , nosque contemtu onerent ; Pru-  
dentes non vitia , sed virtutes , & benevolentiam absen-  
tiuum divulgant , & quælibet eorum officia laudant ; ita  
enim existimationem suam conservant , & inimicos impe-  
diunt. Septimum præceptum.

(2) Querelis amicorum inveteratis non modo familia-  
ritates extingui solere dicit Cicero , sed etiam *odia* sem-  
piterna gigni. *Læl. c. 10.*

ptis, eadem a præsentibus petit, simulque fidem quorumdam aliis venumdat. Prudens ergo nunquam neque malevolentiam, neque vitia hominum, sed benevolentiam, virtutesque divulget; ea enim re existimationem amicorum servamus, simulque inimicos in officio continemus.

## CCLXX. *Æternum (1) neque amare, neque odisse.*

**V**Ive cum *amicis* tuis hodie, (2) tanquam cum pessimis cras inimicis futuris. Quia hoc experiendo discitur, idem par est exemplo prævenire. Vide, ne transfugis amicitiae *arma* tradas, quibus maximum tibi bellum excitent. Inimicis contra tuis portam reconciliationis, (3) aut civilitatis, tanquam securissimæ, sem-

(1) *Ad tempus amare, vel odisse, in amicitia discendum,* tanquam præceptum ab experientia suppeditatum. Cum amicis velut cum transfugis; cum inimicis velut cum reditulis vivendum est, quos admittere præstat, quam ulcisci. Octavum præceptum.

(2) At audiat autor *Scipionem*; negabat ullam vocem inimicorum amicitiae, quam ejus, qui dixisset, *ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus.* Non *Biantis*, sapientis illius hoc esse dictum, sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam revocantis esse sententiam. *Cic. L. c. 16.*

(3) Fictorum tamen amicorum periculosam, neque diu-

semper apertam tene. Interdum *ultio sumpta*, causa fuit poenitentiæ sequentis, & voluptas ex male agendo percepta, post acta in dolorem transiit.

*CCLXXI. Amicitias (1) non dissolvere ; (2)*

**N**Am ex *ruina* earum existimatio emititur. Omnis homo inimiciis suscipiendis, non vero amicitiis colendis sufficit. Bene facere paucissimi, omnes autem possunt fere *malefacere*. Aquila Jovis ipsius inter brachia non est secura, vel eo die, quo scarabæos offendit. Inimici securi, ex quo bellum declaratum vident, in *insidiis* constituti ignes incendunt. Amici, qui iurgia inter se exercent, pessimi fiunt inimici. Commissum in

diuturnam solere esse reconciliationem, docet *Camer. Oper. Succ. Cent. III. c. 55.*

(1) *Amicitarum dissolutio* fugienda est, quia existimationem nostram perdit. Pauci colendis amicitiis, & officiis vel in aula sufficient; sunt falsi amici, qui causant errori, ut de dissolutione loquuntur, & amicos seu impatientiæ, seu imprudentes arguant. Amicitia aut languore, aut discessu, aut dissolutione moritur. Num præceptum.

(2) *Cicero*, erumpunt, inquit, sœpe vitia amicorum tum in ipsos amicos; tum in alios; quorum tamen ad amicos redundet infamia; Tales amicitæ sunt remissione usus eluendæ, & disiundendæ magis, quam dissolvensæ. *Læl. c. 21.*

in eligendo errorem vitiis alienis onerant.  
 (3) Inter spectatores autem dissolutæ amicitiæ quilibet de ea loquitur, sicut cogitat; & cogitar, sicut desiderat. Illi partem condemnant utramque, aut incogitantiæ, quæ initio; aut impatienciæ, quæ fini rerum adfuit; semper tamen imprudentiæ, quæ omni tempore illis adfuit. Ubi dissolutio non potest evitari, ad minimum excusabilem esse oportet. *Languor amicitiæ, violentæ declarationi antefertur.* In primis autem elegans *discessus honori homini ducitur.*

### CCLXXII. *Animo (1) præsentienti credere.*

**N**unquam ei est reluctandum. Solet enim nobis utiliora prænuntiare.  
 Ille,

(3) Aut *injuria intolerabilis* inter amicos exarsit, & disjunction amicitiæ fieri potest; aut *solerabilis*, & ferenda, & hic honor veteri est amicitiæ tribuendus, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patitur injuriam. *ibid.*

(1) Nunc agit de malis, circa quorum fugam Prudentia versatur. max. 263. [2] *Animo præsentienti mala*, tanquam Oraculo domestico, jure creditur. Prænuntiat illud doni divini signum meliora, & vult malis nos ante subtrahere, quam pereamus. Primum præceptum.

Ille est *oraculum* (2) domesticum. Nimirum sibi diffisi multi perierunt. At cui bono diffidentia , (3) sanum remedium respuens ? Animus quibusdam omnia (4) suggerit ; quod certum est, *doni divini* (5) signum , semper præveniens, appropinquanteque malo campanam (remedio quærendo ) pulsans. Prudentis non est (6) mala receptum (7) ire ; sed *disipandis* iisdem obviam ire.

## CCLXXIII.

(2) Tacitus de *Germanico* , & Clario Apolline , hoc ferebatur , inquit , illi per ambages , ut mos *oraculis* , matutinum exitium cecinisse. II. A. 54. 5.

(3) Erat in ore, famaque Vespasianus, ac plerumque ad nomen ejus Vitellius excitabatur. II. Hist. 73. 2.

(4) De præfigio animi Henrici IV. Regis Galliæ , aliquot ante necem Parisiensem diebus , scite agit Bassomp. in Comment. vitæ suæ Vol. I. p. 240.

(5) Sunt hæc auguria non divini Impetus , sed *humanae rationis*. Cic. lib. 1. de Div. c. 49.

(6) Male *Ancræus* præsensit sortem suam , Bassomp. l.c. p. 430. at ut evitaret illam , a se impetrare non potuit. Id. p. 434.

(7) In bello equus nonnunquam turbari , & mala quasi præsentire dicitur. Tacitus de *Pæti equo* ; Armeniam intrat tristi omne , nam in transgressu Euphratis nulla palam causa turbatur equus , consularia insignia gestans, retro evasit. XV. A. 7. 3. vide de præfigis equorum Freinsb. Misc. qu. 50.

*CCLXXXIII. A doloribus (1) se immunem servare.*

**E**st hæc utilis scientia, & vitæ felicitatis velut obstetrix. *Nuntii* tristes neque allatu sunt jucundi, neque auditu; non nisi læcis porta est aperienda. Sunt, qui tantum (2) adulatio[n]ibus aures patefaciunt; alios *falsa* (3) audire (4) nuntiantes juvat; quidam, ut Mithridates sine veneno, nullum diem sine molestia transigunt. Quidam adhuc gravius errant, qui ut propter vinculum ma-

(1) Minister studeat a doloribus se immunem servare, quia ex hac scientia vitæ felicitas pendet. Talem autem se præstat, si abstinet a nuntiis tristibus, ab adulatio[n]ibus, a mendacibus, a molestis amicis infelicibus, quorum non miserendum est ita, ut iis liberatis ipse in malum recidat. [2] Præceptum.

(2) Quamvis blanda illa assentationis vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allestant, & invitant; tamen etiam graviores, constantioresque sunt admonendi, ut animadvertant, ne callida assentatione capiantur. Aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors; callidus ille, & occultus ne se insinuerit, studiose evandum est. *Cic. Læl. e. 26.*

(3) Epænetus olim mendaces omnium peccatorum, & injuriacum causas esse dixit. *Plut. in Apoph.* Et Cœnus libertus atrocis mendacii pœnas Romæ olim jussu Vitellii luit. *II. Hist. 54. 1. 2.*

(4) Julius Agrestis, spectatis hostium rebus, quin tristia Vitellio, at vera, referret, jussu Cæsaris interfactus putatur. *III. Hist. 54. 5. 6.*

magnæ amicitiæ amicum semel *oblectent*, vitam omnem ærumnosam trahere volunt. Nunquam adeo contra nos ipsos peccemus, consulenti, retrocedentique ut placeamus. Hæc enim regula est experientiæ, ut quotiescumque nobis elecțio relinquitur alium oblectandi, nosve affligendi, meliori jure *alios afflictos* velimus, quam nos ipsi afflitti, auxilioque indigi fiamus.

### CCLXXIV. *Verba* (1) *præmittere.*

**H**Æc est noscendi (2) ratio, quemadmodum futuræ nostræ actiones, in primis eventus, & approbationis dubiæ, accipientur. Hac enim certo feritur, semperque aut regredi, aut progredi licebit. Ita voluntates hominum scrutamur, ut sciamus, ubinam pedem figere expediat? Hæc autem *præventio* est

(1) *Verborum præmissio non omittitur*, quia res valde est necessaria. Non potest Minister carere illa præventione verborum, in negotiis dubii eventus, in petitonibus faciendis, in amicitiis quærendis, aut firmandis, ubi voluntas principis noscenda est, an regredi, aut progredi liceat? [3] Præceptum.

(2) Ex voce Galbæ præmissa milites, qualis in se principis animus futurus esset, noverunt; *legi a se*, inquit, militem, non *emi*; Pro republ. quidem honesta, at dicensi anceps. I. Hist. 5. 8.

est necessaria, ad petitiones oportunas,  
& ad firmandas amicitias, regendasque.

CCLXXV. *Jactas* (1) *voculas rimari*, (2) *jactisque frui*.

**L**ocus hic est exquisitissimus commer-  
cii humani, examenque plicarum  
animi humani exactissimum. Sunt ma-  
ligna, aculeata, affectuumque felle tin-  
cta *acumina*. Ea fulmina sensibus imper-  
via, quoscunque feriunt, eis prædam e-  
ripiunt. Unica saepe vocula homines  
de cacumine Gratiæ *præcipites* dedit,  
quas nulla populi omnis murmurantis  
conjuratio concusserat. Contra sunt vo-  
ces aliæ, *argutiaeve*, quæ effectu plane  
contrario memoratorum antea homi-

X 2 num

(1) Minister non omittit *jactas a principe voculas ri-  
mari*, ut dignitati, & securitati inde suæ sciat consu-  
lere. Verba jacta solent esse vel *aculeata*, & amara acu-  
misa, quibus præmissis Minister præceps cadit; vel *in-  
geniosa*, quæ dignitatem Ministri conservant. In com-  
mercio aulæ sciri debent verba *intentione* illorum ex-  
aminata, quæ secura aut periculosa; & tum ieius prævisi  
declinantur; aut *jactu* verborum, qui si solertia fuit,  
exceptio etiam ejus fieri cautione debet. [4] Præ-  
ceptum.

(2) Fabius, (qui cum Augusto Agrippam inviserat)  
quum officii causa salutaret Augustum, & usitatum il-  
lud *ave* diceret, audiit a Cæsare, *vale Fabi*. Et hic sta-  
tim consilium cepit de morte sibi inferenda. *Plus arch.  
de Adol.*

num dignitatem conservant, & augent. Attamen ut jaciuntur solertia, ita excipiuntur cautione; securitas enim in notitia intentionis consistit, ictusque prævi si semper declinantur.

*CCLXXVI. Non perdere (1) fortunati hominis gratiam, infortunati miserendo.*

Plerumque idem, quod fortunatum unum, alterum reddit infortunatum; neque ille fortunatus, nisi multi alii essent infortunati. Proprium infortunatis est *gratiam* sibi hominum acquirere; quilibet enim inutili benevolentia male a fortuna habitos studet compensare. Imo accidit interdum, hominem in secundis omnibus invisum, in adversis ab omnibus *deploratum* esse; nam lapsus, vindictæ desiderium in misericordiam converterat. *Quamquam tales fortunæ vices ho-*

(1) Non committeret quis unquam, ut *infortunati misereatur*, *gratia magni Viri simul effundenda*. Hoc enim factum bona est menti adversum. Accidit, ut infortunati, antea in secundis invisi, postea deplorati, misericordiam aliquorum inveniant; quæ vices prudenti carentur, ut ne quis eorum misereatur; noxia enim illa misericordia, ut magni viri ei gratiam eripit. Quidam misericordes statim cum infortunatis eunt; potius bona indolis, quam bona mentis homines. [5] Præceptum.

homini sunt prudenti cavendæ. Sunt, qui non ambulant, nisi cum infortunatis. Heri in secundis quem fugiebant, hodie in adversis *comitem* habent. Qui mores nonnunquam *boni ingenii*, non vero bonæ mentis signum existunt.

*CCLXXVII. Fortunatos (1) ad consortium a fuga (2) infortunatorum dignoscere.*

Infortunium plerumque stultitiae est effectus; & nullum aliud est periculosis contagio infortunatorum. Minori malo nunquam est porta aperienda, ne illud alia, & quidem majora sequantur in insidiis locata. Vera ludendi solertia (*chartas inutiles*) gnaviter projicit. Infima coloris probati pluris, quam summa ludi præteriti valet. Nihil est in dubitando melius, quam ad *prudentes* confugere; olim enim hi nobis non oberunt.

X 3 *CCLXXVIII.*

(1) Lysander olim ad Cyrum, rite te, inquit, beatum ferunt, quoniam *virtuti tuae fortuna conjuncta* est. Cic. Cat. Maj. c. 17.

(2) *Infortunatos quis merito fugit*, quia consortium eorum est periculosum. Illi enim plerumque sua stultitia sunt tales, & stultorum contagium est noxiū. Licet eidem minus malum habeantur, tamen illud malam majora alia sequi solent. Ideo vel minoris gentis fortunati infortunatis merito præferuntur. [6] Praeceptum.

### CCLXXVIII. Dies (1) infau- stos nosse.

Sunt dies (2) infasti (3) ubi (4) nihil succedet. Frustra ludum, frustra fortē mutaveris. Altera vice videntum, fortē faventem, an adversam sis habiturus? Suus est menti dies; neque enim visus est adhuc, qui tempore omni habiliſ esſet. Sortis est bene ratiocinari, imo literas etiam elegantes scribere. Suum cuilibet virtuti est tempus, neque Venustas semper est domi.

Mens

(1) Quidam dies sunt noscendi, quia sunt noxii. Diebus enim aut benigna, aut adversa sors praesidet; quibusdam mens hominis neque ratiocinari, neque scribere, neque virtus quid potest efficere; quibusdam & mens multa potest, & animus est laetus, & negotia bene succidunt; quales dies sunt noscendi, & discernendi; ita tamen ut successus a casu fortuito, & casus infastus ab effectu malae fortunae distinguatur. [7] Praeceptum.

(2) Tacitus de *Vitellio* dicit, funesti ominis loco acceptum esse, quod Pontificatum adeptus, de ceremoniis publicis XV. Kal. Aug. edixisset, antiquitus *infasto die Cremerensi*, Alliensique cladibus. Miratur, principem omnis humani, divinique juris expertem fuisse. II. Hist. 91. 1.

(3) Sunt dies, locisque rebus publ. & principibus quibusdam aut laeti, aut fatales. Piccart. Obs. Hist. Dec. V. c. 6.

(4) Inter Veronam, & Cremonam situs est *vicus duabus jam Romanis cladibus notus*, *infastusque II. Hist. 23. 3.*

Mens discernens fallitur interdum seu incedendo, seu excedendo. Ut fortunam habeas, certi te oportet esse diei. Sicut quibusdam res omnis male, quibusdam bene succedit, & quidem minori labore, & cura; ita sunt, qui statum negotium confectum inveniunt. *Menti* suus dies, & suus *indoli* character, & rebus omnibus suum est sidus. Quisquis illius diei est, nullum is ejusdem diei momentum perdat. Non tamen prudenti viro est definiendum, ob *successum* aliquem rerum diem illum esse faustum; infaustaque casu alterum diem esse infaustum; unus forsan casus fortuitus, & alter mala fortunæ effectus potest esse.

### CCLXXIX. Negotiorum (1) tricas effugere.

**U**Na primiarum hæc est prudentiæ regularum. In locis amplis fines in-

X 4

ter

(1) Sciat Minister *negotiorum tricas effugere*; Prima-  
ria enim vivendi regula est, quam Prudentia suppeditat.  
Sunt amici & naturæ, & nationis vitio ad tricas nego-  
tiorum proclives, qui ubi judicium Ministri tentant,  
an immisceri eis velit, & commodo singulari frui,  
nempe adversarium suum vincendi; occasionem eam  
fugere, simulque obligationem talem periculosam cre-  
dere

ter extremos sicut magnum est interval-  
lum ; ita eodem etiam se modo magna  
*negotia* habent, magnum enim tibi ante  
iter imminet , quam finem eorum vide-  
as : & hæc est causa , quod prudentes  
non libenter eis *implicentur*. Hanc ob-  
rem quam tardissime cum *amicis* familia-  
ritatem dissolvunt , quoniam facilius est  
occasione , quam negotiis sine honoris  
diminutione subduci. Sunt , qui *judi-  
cium tentent*, quos fugere est tutius, quam  
vincere. Quibus si impliceris infeliciter,  
præter incommodum hoc aliud a tergo  
sequitur , fierique solet , ut præceps ad  
latus sit abyssus. Sunt qui *naturæ* , & *na-  
tionis* etiam *vicio* omnibus negotiis immi-  
scetur , & imprudenter implicantur.  
Qui vero rationem ducem habet , sem-  
per habenas manibus tenet. Majus ei  
commodum est , non immisceri negotiis,  
quam *vincere* (adversantes) ; & quam-  
quam non deerit aliquis stolide *ferox* ,  
(2)

dere debet ; licet etiam stolide feroce s, & incipientes  
adsint. Præterquam in tali casu ab initio ad finem ma-  
gnum est iter , magnum Ministro ex tali obligatione  
periculum imminet. Igitur rationem , quam cœcitatem ,  
sequi præstat. [8] Præceptum.

(2) qui incipiat, prudens tamen illi secundare cavebit.

### CCLXXX. Non immisceri (1) negotiis alienis.

**S**I vis amari, ama. Potius vero avarus tui, quam prodigus esto. Effice, ut deundereris, & acceptus eris. Non, nisi vocatus veni, neque, nisi dimissus abi. Quisquis (2) infcio domino alienis (3) immiscetur, omni se onerat odio, eventu infausto; fausto vero nullam ab hominibus gratiam init. Homo intricare negotia amans, contemptus humani est scopus; & sicut impudenter introiit, ita etiam turpiter repellitur.

### X 5 CCLXXXI.

(2) *Percennius miles imperitos animos impellere paulatim nocturnis colloquiis, & dilapsis melioribus deterrimum quemque congregare.* I. A. 16. 5.

(1) *Caveat immisceri negotiis alienis, quia contemptus & odium eam rem sequuntur.* Minister non vocatus, sine jussu domini, vel successu negotii fausto, amorem fibi, aut gratiam hominum non parit; infausto vero casu, odio se, & contemtu hominum multat. Impudentia enim intricandi negotia turpitudinem eventus luit. Nonum præceptum.

(2) *Imperii instrumenta sunt boni amici.* IV. Hist. 7. 6. quæ non serviunt, nisi a superioris voluntate adhibita;

(3) *Interdum Mennius jubet aliquid, bono magis exemplo, quam concessio jure.* I. A. 38. 1. non semper enim ex præsumta Domini voluntate licet agere. *Grot. de I. B. P. 1. 3. 4. 5.*

*CCLXXXI. Sub specie alieni, (1) sui  
lucri cupidos (2) cavere.*

**C**ontra astutiam (3) hominum nihil tam, quam *Circumspectio* te tuetur. Homini intelligenti intelligens opponitur. Quidam negotia sua gerunt, quasi aliena gerere viderentur; adeo, ut nisi hominum intentionem detegas, bona aliena ut serves, quolibet gressu digitos tuos urere obligeris.

*CCLXXXII. Non perire (1) cum  
aliis.*

**S**cito, hærentem in *cæno* non vocare te, nisi ut te etiam inibi hærente, tuo se damno soletur. *Infortunati* quærunt

(1) *Caveat Minister quosdam, sui lucri cupidos*, intricantesque idèo negotia, ut illūn fallant. Astuti quidam videntur negotiam alienum gerere, & tantum sua, aut aliena servare volunt; qui si Ministruim suis rebus immissent, maximum ejus rei familiari postea damnum inferunt. Ubi fraus, ibi circumspectio, & intelligentia sunt necessariæ. Decimum præceptum.

(2) *vid. max. 144.*

(3) Olim jam tum Servius Tullus per *speciem* alienæ fungendæ vicis suas opes firmavit. *Liv. lib. 1. c. 41.*

(1) *Fugiat merito in luto hærentem*, qui malo alterius se solari volet. Infortunatus in *cæno* hærens, manum Ministro porrigens, socius simul ut pereat desiderat. Undecimum præceptum.

runt (2) qui ferendo malo sibi subveniat. Prosperis qui rebus eis tergum vertisset, eisdem jam *manum* porrigit. Bene cavidum, ne *pereas* subveniendo ei, qui aquis jam immergitur.

### CCLXXXIII. Comitem (1) ferendi oneris in adversis querere.

**N**unquam *solus* esto, (2) in primis in periculis, solus ne omnium odio onereris. (3) Quidam suprema jurisdictione sibi collata ad sumam se dignitatem eyehi credunt, cum tamen omnium sint in-

(2) Bene *Tacitus*; facti ruina *Cheruscorum* & *Fest* contermina gens, adversarum rerum ex æquo *socii*, quum in secundis *minores* fuissent. *de M. G.* 36. 4.

(1) *Oneri in adversis ferendo comes* debet queri, quia illud a pluribus facilius toleratur. Unus Minister & solus in summa dignitate, invidiam & odium plebis facile meretur, neque eas suffert, nisi socium patientiae habeat; duobus autem fortuna, & furor plebis non ita nocent; & ne noceant uni, meliusque tolerentur, partem oneris, & dolorum jure comes fert; ut Medici duo ægroti mortuo infamiam inter se partiuntur. *Duodecimum preceptum.*

(2) Othone Cæsare regnante, quum prævalidæ jam Vitellii partes, Senatores quidam trepidi & anxii; nemo privatim expedito consilio, sed inter multos *societate culpæ* tutior. *II. Hist.* 52. 3.

(3) Sub Vespasiano *Crispus* miscendo, quæ defendere nequibat, *societate culpæ* invidiam declinavit. *IV. Hist.* 41. 6.

invidia onusti , qui si se comite (4) uno contra malum muniissent, aut immunes ab eo essent , aut minimum , tantummodo mali partem perferrent. Neque fortuna , neque obstinatio plebis tam facile ducbus illudunt. *Medici* peritia, cum ægrotus non convalescit, non cunctatur sibi comiteme advocare , ut sub specie consultationis, in efferendo sarcophago se adjuvet. Qua in re onus, doloresque sunt partiendi , quia non possunt ab una solius patientia tolerari.

*CCLXXXIV. Sine pignore alienæ,  
nunquam suam (1) existimationem  
oppignorare.*

**Q**uando nobis pars commodi manet, nihil est dicendum ; ubi vero quid est

(4) At graves , & difficiles plenisque videntur calamitatum societates ; ad quas non est facile inventu, qui descendat. *Læl. de Am. c. 17.*

(1) Non negligat Minister in factis periculis mutuum existimationis pignus habere , ubi sine eo salutem servare vix poterit. Ubi sunt graves , & periculosæ actiones, ibi comes caute queri ur , & negotium ita utrumque obligatorium redditur , ut periculum inde commune sit, neque alter communodum socio præripere , aut testimonio eum prævenire possit. [13] Præceptum.

(2) Olii Agrippinenses offerebant uxorem , ac sororem, civilis relicta sibi pignora societatis. *IV. Hist. 79. 1.*

est *perdendum*; ibi nihil dissimulandum. Quæcunque facta existimationem afficiunt, in eis (2) *comitatus* est necessarius, ut existimatio aliena curam tuæ habere obligetur. Nunquam alteri te committe; & si illud interdum fiat, tanta tunc *cautio* adhibenda est, ut cui nos confidimus, nequeat inde commodum aliquod reportare. Periculum sit commune, & negotium διπλευγον, ut hujs consors non possit suo te *testimonio* supprimere.

### CCLXXXV. *Malum* (1) *suum occultare.*

**N**E te quilibet offensum veniat. Cave etiam, ne de eo (2) queraris, nam *malitia hominum* semper partem imbecillimam aggreditur, indeque sensus tantum studet oblectare. Illa tantum a statu te nititur *dimovere* rationis; jacendoque aculeatas voces omnia agit, donec vivum invenerit. Tum quidem ho-

m.

(1) *Malum suum prudens occuliet*, ut idem finiat. Occultatio autem ad finiendum est necessaria contra malitiam hominum, quæ monstrato malo a rationis statu dimotam patientiam affligere solet; contra fortunam ipsam, quæ non occultantes malum in eo loco cruciat, ubi dolor est acutissimus. [14] Præceptum.

(2) *Malum sub lingua, non in lingua vult esse.* Lips. IV. Pol. 14. 32.

minis solertis est, nunquam (3) malum suum monstrare; seu personæ, seu hæreditatis sit; interdum enim *Fortuna* ipsa hominem eo in loco sauciare solet, ubi dolorem fore acutissimum non ignorat. Illa semper ad vivum usque affligit; & tali rerum statu neque dolor est monstrandus, neque *lætitia*; ille ut finem habeat, hæc vero ut perennet.

### CCLXXXVI. Negotium (1) ubi non est, non credere.

**S**Icut quidam nulla re, quidam rebus omnibus turbantur; ita semper velut sanctioris consilii ministri loquuntur, & omnia aut mysteria putant, aut contrarie interpretantur. Inter res dolorosas paucæ sunt, quibus moveri debemus; fru-

(3) Prædato interdum convenientius, quam *Principibus*; ab his nonnunquam clades publica stulta dissimulatur. *Id. V. Pol. 18. 17. 18. 19.* Male Vitellius, fractis rebus nuntios cladi occultabat, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala differens. *III. Hist. 54. 1.*

(1) *Minister negotia impediri caveat, quæ certum, & destinatum cursum habent. Negotia enim quum vel parva sint, vel magna; parva quidem negotia non sunt eredenda, neque curanda, ut ea remediis velit irritare; magna tamen sunt curanda, & his aut turbari, aut moveri, aut affligi Ministrum decet; non vero parvis, quæ nemo curat, nisi contra rationem agere velit.*

[15] *Præceptum,*

frustra enim alias affligeremur ; quippe contra rationem agunt , quicunque *negligenda* volunt curare. Multæ res, magni momenti , nullæ fuerunt , quia non curatæ ; resque nullæ , (2) magni momenti factæ , quia *curatæ*. Ab initio, non vero postea , ad finem facile est pervenire. Malum sæpiissime ex ipso remedio venit. Non est ergo pessima vitæ regula *cursum rerum* non impedire.

### CCLXXXVII. *Cursum malorum* (1) *maximorum non impedire.*

**I**N vita humana tempestates sunt , & procellæ , & ut eas abire finas , prudentiæ est in portum se recipere. Mala sæpiissime remediis ingravescunt. *Humorum mare* ubi agitatur , sine ei provide re Naturam ; ubi vero mare æstuat *rum,*

(2) Olim *Rome*, sub Othonæ, in civitate discordi , & inter libertatem , ac licentiam incerta parvæ quoque res magnis motibus agebantur. II. *Hist.* 10. 1.

(1) *Malum maximum Minister prudenter non impedit* , quia *cursum suum illud ipsum* sifit. Sunt enim *tempestates maris* , quibus natura providet , & prudens interim portum quærit , donec *insania hæc humorum* definat ; Et ad illarum exemplum *Tumultus & Seditiones* se *civiles* habent , quibus prudens medicinam non quærit , sed tantum *locum quietis* , ubi tempori tamdiu servit , donec *Insania hæc morum* defervescat. Remedium hoc convenit malo maximo , cuius *cursum nemo Prudens* facile impedit. [16] *Præceptum.*

*rum*, (2) sine morum ei elementa prospicere. *Medicum* æque oportet esse idoneum ad præscribendum, atque non præscribendum; & nonnunquam artis summa in non adhibendo medicamine (3) consitit. Popularem ergo procellam sedandi modus est, se dare *quieti*; tunc enim tempori cedendo victoriam quis reportat. Paulum turbata aquâ tons turbidus est, & turbari ubi definit; rursus clarescit. Malis nonnullis non est ullum convenientius remedium, quam *cursum eorum* non impedire. Ipsa tandem *mala cursum suum* sistunt.

### CCLXXXVIII.

(2) Contra *luxum*, qui immensum in republ. Romana proruperat, Tiberius suadet Senatui, omittere potius *prævalida*, & *adulta viria*, quam hoc assequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus. *III. A. 53. 2.*

(3) Ne corporis quidem *morbos veteres*, & diu aetos, nisi per dura, & aspera coerceas; corruptus simul, & corruptior, æger, & flagrans *animus* haut levioribus remedii restinguendus est, quam libidinibus ardescit. *III. A. 54. 2.*



*CCLXXXVIII.* *Minima* (1) *non negligere.* (2)

**M**Alum enim unum nunquam solum advenit. Mala & bona, velut *membra catenarum*, se habent; alterutrorum partem maximam qui habent, apud eos plerumque divertuntur; indeque quilibet infortunatos fugit, & fortunatos sequitur. Columbae ipsae, utut simplices, candidis tectis insident. Omnia infortunato defunt, & sibi ipse deest, rationem ubi perdit. Malum *dormiens*, non decet resuscitari. Parva (3) quidem res est gressus nutans, (4) attamen casus cum sequitur saepe periculofus, & dubii even-

(1) *Malum minimum Minister non negligit*, quia magnum saepe periculum minatur. Non enim solum est, quod mala alia sequuntur; & Ministrum infortunatum ubi homines fugiunt, perit ipse, rationem si perdit; igitur parvum malum, quandiu non completum, ne periculum ex eo magnum proveniat, prudentia corrigit.  
[17] Praeceptum.

(2) Non sine usu fuerit introspicere illa *primo aspectu levia*, ex queis magnarum saepe rerum motus oriuntur.  
*IV. A. 32. 4.*

(3) Minimum malum olim Germaniæ visum, Ducibus patribus filios surrogare. *Monzamb. de Stat. Imp. Germ. c. 3.*

(4) Vide de malo minimo *Arist. V. Pol. 4. 7. & 8. & VI. Pol. 4. & Scip. Amir. in Tac. lib. 16. diff. 1.*

eventus ; sicut enim nullum bonum est perfectum , ita nullum etiam malum completum ; quod coelum nobis immitit , *patientia* ; quod homines ingerunt , *prudentia* (5) corrigitur.

*CCLXXXIX.* *In Cælo res omnis , est voluptas ; (1) in inferno res omnis dolor ; mundus , quia in horum medio est , ab utroque aliquid participat.*

**N**Os inter duo *extrema* sumus , & ab utrisque partem habemus . Sors alternat ; neque faustum omne , neque infaustum potest esse . Mundus est *numerus* , qui solus valet nihil , at cum Cœlo junctus plurimi valet . Prudentis est , quia

(5) Ei , quod novum est , etiamsi parvum & exiguum videatur , statim *in principio* occurrentum est , nam sæpe ab infirmis initiis res maximæ provenerunt . *Arist. 5. Pol. 4.*

(1) Nunc tradit Autor *IV. vitæ tempus* , nempe redditum ad otium privatum ; Minister enim , ubi patriæ inserviit , lassus negotiis , parando se ad mortem , ad Philosophiam , senilem consolationem , confugit . [2] Putat Autor , *Mundum inter voluptates & dolores esse medium* , quia ab utrisque partem habet . Homines in mundo medianam sortem habent , quæ non valet , nisi animum ad cœlum dirigant , & vitam suam , *velut Comædiam* , bene finiant . [1] Præceptum .

quia novitas illi non convenit, eundem semper in vicissitudinibus omnibus *animum* gerere. Vita nostra agitur tanquam *Comœdia*; in fine (2) illa apparet, & caput rerum est bene illam finire. (3)

*CCXC. Existimationem (1) suam renovare.*

**H**Oc est privilegium Phœnici tributum, ut seipsam renovet. Virtus, pariterque Gloria obnoxiae sunt (2) senescendo. Consuetudo admirationem minuit. Novitas mediocris plerumque maximam Virtutem, quæ senescere incipit, vincit. Opus ergo est animo, mente, fortuna, rebus omnibus renovari;

Y 2 vari;

(2) Olim quidam rogatus, quid esset beatissimum? respondit, *felicem mori*. *Diog. Laert. lib. 6.*

(3) Amplissimum vitæ spatium est usque ad sapientiam vivere; qui ad illam venit, attigit non longissimum finem, sed maximum. *Sen. ep. 93.*

(1) *Ministri* quidem existimatio renovanda est, quia senescere deprehenditur. Illa consuetudine longa admirationem sui minuit, in primis si novus Minister ei iuminet, & cum renovatio animæ priori est necessaria, quæ desiderium sui, & admirationem in aula resuscitet. [2] Præceptum.

(2) Bene *Plutarchus* dicit, esse & politici cursus finem quendam, ac terminum, nec minus civilia certamina, quam athletica, vigore, & tempore destituta, vituperari, ac coargui. *In Lucull.*

*vari*; semperque novo splendore radia-re, qui *Solis* instar, Horizontem, & theatrum (*Cœli*) sæpius mutat, ut pri-vatio ejus *occasus* desiderium, novitas ve-ro *ortu* ejusdem admirationem excitet.

**CCXCI.** *Sibi utilitatem (1) ex aliena indigentia parare.*

**S**I privatio (2) usque ad desiderium ve-nit, hæc est vi omni efficacior. Ni-hil esse *privationem* Philosophi dicunt, at Politici eam esse omnia ajunt, & hi sine dubio melius eam cognoverunt. Sunt, qui per aliorum sibi *desideria* viam parant, ut ad finem suum perveniant. Utentes occa-sione desiderium rei difficultate obti-nendi excitant. Plura sibi a *calido affectu*, quam a tepida possessione pollicentur; incalescit enim desiderium ad mensuram diffi-

(1) *Aliena indigentia usum magnum potest præstare*  
*Ministro* tanquam singulare arcanum ad finem pervenien-di. Ubi enim novus Minister priori videtur præferri, *re-latio aulæ* tantam vim sæpe habet, ut *desiderium* prioris renovet; Hoc vero ubi *rædio* posterioris augescit, illius calor homines quasi cogere potest, ut officio suo fungantur, & priorem in aulam revocent. [3] Præceptum.

(2) *Recessus* viro magno interdum artis erit, quia viles principibus, iis ni quis qui sunt utiles. Bene *Livius*; con-tinuus aspectus minus verendos magnos homines ipsa sa-tietate facit. *Lib. 35. c. 10.*

difficultatis augescentis. Verum arca-  
num ad finem nostrum perveniendi est,  
nosse alios in eo tenere, ut nobis sem-  
per opus habeant.

*CCXCII. Existimationi (1) suæ ab-  
sentiam (2) querere.*

**S**i præsentia minuit existimationem,  
absentia eam auget. Qui absens leo,  
præsens videtur mus. Virtutes splendo-  
rem suum amittunt, *cominus inspectæ*,  
quippe corticem potius rei externæ,  
quam veram, internamque mentis con-  
stitutionem solent homines intueri. *Ima-  
ginatio* longius, quam visus abit; & fraus  
plerumque per aures intrans, per oculos  
transit. *Quisquis* se conservat in statu  
*bonæ opinionis*, quam homines de illo

Y 3 ha-

(1) *Absentia Ministrorum existimationem conservat*, quia  
opinionem, quam homines de eo habent, tuetur. Sæpe  
enim *præsentia noxia*, quum homines potius de externis,  
quam internis judicent; & Virtutum opinio tantum per  
oculos, & aures communicetur; Itaque secessum, & de-  
siderium Minister querit, quibus existimationem, & de-  
siderium renoveret. [4] *Præceptum*.

(2) Male *Ancreus* in Normanniam digreditur, quo  
in necem ruit consilio, omnium libera in absentem  
dicacitate, quod usu invaluit. Qui summam tenet in  
aula, nisi præsens pugnaverit, vincitur; rara est per  
fugam victoria. *Gram. Hist. Gall. lib. II. ad an. 1616.*  
E 1617.

342 GRACIAN. PALAT. PART. III. MAX. 293.  
habent, is existimationem suam conservat. Phœnix sibi etiam *secessum*, & *desiderium* quærit, ut inde honoratior, & desiderabilius evadat.

CCXCIII. *Desiderari*, (1) &  
*deplorari.*

**Q**uando per voluptatis ostium in ædem fortunæ intratur, contrario modo ex hac plerumque per portam doloris exitur. Majoris Virtutis est ex ea *feliciter exire*, quam illam applaudente populo intrare. Sors communis est fortunatis post initium prosperum, finem (2) Tragicum habere. Non est in eo felicitas, ut introitum populi applausus comitetur; plerumque enim introeuntium hæc est prærogativa; sed difficultas in eo consistit, ut eundem *applausum* exiens invenias. Eorum qui deplo-  
ran-

(1) *Ministro quidem oprandum est*, ut deploretur; quia raræ hic est fortunæ effectus. Multi enim Ministri lætitiae, & applausus comitatu in ædem fortunæ introeunt, plurimi vero sine fortuna, & applausu ex ea exeunt; & Ministri rara est felicitas, qui tali applausu minimum recedit, ut ab hominibus desideretur, aut deploretur. [5] Præceptum.

(2) De Ancræi cæde potest legi Gram. Hist. Gall. II. an. 1617. & conjugis Galigaye suspendium, *ibid.*

*rantur* (3) paucissimos invenies. Raro enim accidit, ut exeuntes prospera fortuna comitetur. Hæc enim erga exeuntes se æque difficultem præbet, atque erga intrantes facilis, comisque fuit.

*CCXCIV. Desiderabilem (1)  
fieri.*

**P**AUCIS EA FORTUNA OBTINGIT, & PLANE  
EST (2) EXTRAORDINARIA, UT A BONIS  
QUIS VIRIS (3) DESIDERETUR. PLERUMQUE NE-  
QUE AMAMUS, NEQUE ODIMUS EOS, TEM-  
PUS VITÆ SUÆ QUI FINIUNT. VIÆ SUNT DI-

Y 4 ver-

(3) Tacitus de Germanico; Neque multo post ex-  
stinguitur ingenti luctu provinciæ, & circumiacentium  
populorum. *Indoluere exteræ nationes, regesque.* II.  
*A. 72. 2. 3.*

(1) *Honor desiderii* Ministro, tanquam fortunæ res extraordinariæ, optatur. Pauci enim morte sua eum honorem merentur; sed quidam, & quidem excellenti *Virtute* in dignitate maxima exercita; *satisfactione*, & meritis, in omnes homines collatis. Laudis est suminæ Ministrum suam functionem administrasse, & honore suo illustrasse; ea laus est ipsius personæ; quippe si ob malitiam successoris desideratur, non desiderii honor est, sed minoris odii murmur. [6] *Præceptum.*

(2) Tiberius, ut premeret vulgi Romani sermones, monuit edicto; multos illustrium Romanorum ob remp. obiisse, neminem tamen (*præter Germanicum*) tam flagrantè desiderio celebratum. III. A. 6. 1.

(3) Galba ad Pisonem; Nero a pessimo quoque semper desiderabitur; mihi ac tibi providendum est, ne etiam a bonis desideretur. I. Hist. 16. 5.

versæ *merendi* honorem desiderii , & una quidem secura est , *excellentia virtutum* , quas administratio dignitatis illustravit ; altera vero valde est efficax , quæ omnibus in vita hominibus *satisfecit*. Parit Virtutum splendor subjectionem , ex quo apparet , functionem administratore illo , non vero hominem functione indigere. *Quidam* functioni , & quibusdam functio est honori. Non est prærogativa , *successoris malitia* ut bonus videaris ; neque enim veri illud desiderii , sed minoris tantum odii argumentum existit.

### CCXCV. Desiderii (1) aliquid semper reliquum habere.

**C**Orpus respirat , & animus aspirat . Omnia rerum possessio brevi *fastidium* sui gigneret. Animo ipsi ad satisfactionem Intellectus est necessarium , ut semper ei aliquid ad sciendum restet , quo curiositatem suam oblectet. Spes vitam alit , satietas vero voluptatis , eandem mo-

(1) *Aliquid desiderii* , velut felicitatis ultimum , Minister est reservandum. Eo enim residuo Minister respirat & animum suum solatur , & spe vitam alit , simulque virtutem suam compensat ; ubi nihil desiderii restat , felicitas timore infausto horrida incipit. [7] Præceptum.

molestam reddit. In compensando hæc solertia tenenda est, ne virtutem unquam plene remunereris. Ubi nihil desiderio (2) restat, omnia sunt timenda; & hæc est infausta felicitas. *Timor* incipit, ubi desiderium definit.

*CCXCVI. Solem (1) occidentem non exspectare.*

PRÆceptum est prudentiæ, ante ut *linquamus* negotia, quam nos linquant. Prudentis est *Solis* ad exemplum propria sui ipsius nosse clade triumphare; Ille splendore adhuc coruscans, se subtrahere in *nube* solet, ne conspiciantur vergens in occasum, indeque dubiosum sit, occideritne, nec ne? Est (2) pruden-

Y 5 tis,

(2) Bene *Tacitus* *Othonem* alloquente *Plotium Firnum* inducit; majore animo tolerari adversa, quam relinqu; fortes & strenuos etiam contra fortunam infistere spei; timidos, & ignavos ad desperationem formidine properare. *II. Hist. 46. 4.*

(1) *Occasum Minister non exspectat* velut vitæ & existimationi malum perniciosum. Molestiæ suumæ est dignitate spoliari, & ærumnis affici; igitur ante cladem, in nube, Minister recedit, ne occasus conspiciantur; & occasio quærenda est, officiumque resignandum, ut infamiae notas anteveniat. [8] Præceptum.

(2) De *Xantippo Lacedæmonio*, qui rebus Carthaginensium *victoria*, contra M. Attil. Regulum multum momenti attulerat, non multo post inde est profectus, prudens-

tis, casibus se subducere, ne molestia perreat; neque exspectare, donec (3) Fortuna se vertat; ne illum plane vivum sepeliat, ærumnis affectum, quæ eum premerent, & mortuum, post ablatam dignitatem. Bonus (4) eques interdum equo habenas laxat, ne a ferociter insurgente in medios carceres (5) dejectus ab omnibus irrideatur. Venustras fœminæ *speculum suum* solertia prævenit, frangitque illud ante, quam fugaces vultus illecebræ deformentur. (6)

## CCXCVII.

denter, & sapienter; Illustres enim actiones gravem invidiam, & acres calumnias conflare solent; quibus cives forsan, cognitorum, amicorumque opibus nixi fuerint pares; at peregrinis utraque res in exitium facile vertit.

*Polyb. lib. 1. Hist.*

(3) Bene *Otho*; alii diutius, inquit, imperium tenuerint; nemo tam fortiter reliquerit. *II. Hist. 47. 4.*

(4) Tacitus de *Vitellio*; quem non cominoveret illa facies, Romanum Principem, generis humani paulo ante dominum, *relictæ fortunæ suæ sede*, per populum, per turbem *exire de Imperio*. *III. Hist. 86. 1.*

(5) Idem de *antecessoribus*; Repentina vis Dictatorem *Cæsarem* oppressit; occultæ *Cajum* insidiæ; nox & ignotum rus fugam *Neronis* absconderunt; *Piso* & *Galba*, tanquam in acie, ceciderunt; *Vitellius* in concione, pacis & reipl. causa cessit. *Ibid. 2. 3.*

(6) Nimis tarde sibi secretum, aut otium a *Nerone* permitti petiit. *XIV. A. 53. 3.* *Seneca*; frustraque *Agricola* vitam suam moderando mutavit. *Agr. c. 40. 2. 3. 4.*

**CCXCVII.** *Homo intelligens ; (1)  
Christianus prudens ; Aulicus  
Philosophus.*

**E**sse talem oportet; non autem videri; multoque minus affectare,  
ut tales habeamur. Quamquam prudentum occupatio dignissima sit  
*Philosophia*, non tamen nostra ætate  
(2) amplius in pretio habetur. Scien-  
tia hominum (3) habilium contemnitur.  
Equidem Senecæ tempore in aulam Ro-  
manam inducta aliquamdiu florebat, &  
hodie in aula, eadem *stultitia* habetur;  
attamen Prudentia, & mens sana ejus-  
modi *præjudiciis* non urgentur.

**CCXCVIII.**

(1) *Tria a Ministro maxima requirit, cumque vult*  
zalem esse, qualem Prudentia, & mens sana poscunt.  
Dicit autem, hominem intelligentem, & prudentem  
Christianum, Philosophiam magni, ut olim, non vero  
stultitiam, ut hodie putare. Hæc enim *præjudicia* sunt  
contra prudentiam, & contra mentem sanam. [9] *Præ-*  
*ceptum.*

(2) Nonnullis etiam veterum irrigam fuisse probat *Pice.*  
*Obs. Hist. Dec. VII. c. 1.*

(3) Non enim est *Philosophia* populare artificium,  
nec ostentationi paratum; non in verbis, sed rebus est.  
*Sen. ep. 16.*



**CCXCVIII.** Undiquaque (1) consolationem (2) suam habere.

**Q**ui nulli amplius sunt usui, illi ipsi æternitate se solantur. Nullum est tædium sine consolatione; & stulti suam in fortuna inveniunt. *Primus*, ut dicitur, *tesseræ jactus fœminæ competit*. Longe ut vivas, parvi tantum valeas. *Vetus olla* nunquam fere frangitur, duratque tamdiu, donec ejus usum non fastidias. Videlur *fortuna* viris magnis invidere, quia in nonnullis firmitatem cum inhabilitate, & in aliis vitæ brevitatem cum magnis virtutibus conjungit. Omnes, quorum *vita frugifera* foret, subito deficiunt; quique nulli sunt usui, æterni fiunt, aut quia tales videntur esse, aut quia tales revera existunt. *Mors & Sors*

VI-

(1) Minister, tanquam vir magnus, undiquaque potest consolationem habere. Ejus consolatio æternitas, & vitæ brevitas, quia frugifera, satis longa est; Infortunatus quidem, quia Mors & Sors illi adversantur. [10] Præceptum.

(2) *Thrasea* aliquot ante necem suam momentis intensus institutioni Demetrii Cynici, de natura animæ, & dissociatione spiritus a corpore, amicos suos consolando animam efflabat. XVI. A. 33. & 34.

videntur in infortunati oblivionem consentire.

## CCXCIX. *Homo (1) sui seculi.*

**M**eriti eminentis homines ex temporibus pendent. Non obtigit illis omnibus, (2) quod merebantur; & ex iis plurimi, qui, quod merebantur, sunt adepti, fortunam non habuerunt rebus suis fruendi. Alii meliore seculo digni fuerunt. Non enim omne bonum semper

(1) *Homo sui seculi* a prudentibus non deploratur, quia consolationem magnam habet. Minister enim, vir magnus, quia non obtinuit, quæ meritus fuisset, neque fruitus est fortuna, quæ ei convenisset, nouo malo tempore, quo vices & casus eum obruerunt, sed meliori tempore dignus est, nempe immortalitate, cui quidem eum posteri merito consecrabunt. [11] Preceptum.

(2) Apud Augustum *Mæcenas*, & apud Tiberium C. *Sallustius* minimi tandem valuerunt, & ut Tacitus, in amicitia ejus speciem magis, quam vim tenuerunt. III. A. 30. 3. 4. 5. 6. Causas 2. putat [1] inconstantiam fortunæ, cuius in hac max. 299. mentio; & [2] mores, & culpam Ministri IV. A. 20. 3. 4. Ubi *Lepidus* dicitur iter ambitione ac periculis vacuum perrexisse, l. c. n. 4. & æquabili autoritate & gratia apud Tiberium viguisse. l. c. n. 3. Causas, cur Principis favorita mutetur, inquirit *Forstner. noff. pol. ad III. A. 30.* ubi [3] addit principis fluxam, & incertam inclinationem IV. A. 18. 3. vide *Lips. III. Polit. 11. 13. in noff.* ubi exempla.

per triumphat. Res mundanæ suas *vices* habent, & (3) eminentissimum quodque casuum inconstantiae subjicitur. Prudentem vero semper immortalitatis suæ *consolatio* manet. Si præsens enim seculum ei gratiam non reddit, sane futura eidem tempora vicem rependent.

*CCC. Tandem (1) sanctum (2) esse.*

**Q**uo verbo unico omnia dicuntur. Virtus omnium perfectionum *catena*, centrumque omnis est felicitatis. (3) Illa reddit hominem prudentem; attentum, consilii, & sapientiæ plenum, fortem, moderatum, sincerum, feli-  
cem, applausu dignum, & in omnibus Heroem. Tria SSS. hominem fortunant, *Sanitas*, *Sapientia*, & *Sanctitas*. Vir-  
tus

(3) Magnis regum Ministris quōmodo exitus sint plerumque cruenti, docet *Gruter. disc. Pol. c. 32.*

(1) Ministro tandem *sanctitas* est expetenda, quia illius verbo omnia dicuntur. Illa est summa felicitatis; virtutum; sol hominis; pulchra, amabilis, summum bonum, norma rerum, se contenta, quæ in vita, & post vitam hæmini prodest. [12] *Præceptum.*

(2) Bene *Seneca*; honestum esse perfectum bonum, quo beata vita completur. *Ep. 118.*

(3) Qui omne bonum honesto circumscripsit; intra se *felix* est. *Sen. ep. 74.*

tus parvi mundi *Sol* est, & bonam conscientiam, tanquam Hemisphærium, habet. Illa adeo est pulchra, ut Cœli, & terræ sibi *favorem* acquirat. Nihil illa amabilius, neque vitio est odiosius. Virtus est *summum* bonum, & extra eam reliqua sunt nihil. Virtute *se habilitas*, & magnitudo, non vero fortuna metuntur. Virtus tantum *se ipsa* indiget, quæ hominem in vita amabilem (4) & post mortem memorabilem reddit.

(4) Non tam ad virtutum effectum, quam Apotheosis videtur respexisse. Non ad vivi, sed Divi potius laudes. Judicium de Romanorum more legitur apud Freinsb. *Misc. quæst. 45.* & Bæcl. *annot. Pol. ad I. A. II.* ubi causas ejus politicas expendit.



I N D E X



# INDEX MAXIMARUM.

Fundamentum rerum.

- I. *Vir prudens in summo perfectionis gradu jam est constitutus.*
- II. *Homo in summo perfectionis gradu.*
- III. *In quo definitur, ab eo vitam non incipere.*
- IV. *Vitam tumultuariam fugere.*
- V. *Vitam prudenter partiri.*

Inde IV. vitae tempora.

*Primum Tempus studiis dicatur.*

*Hoc pertinet ad Naturam.*

- VI. *Mens bona, & bona indoles.*
- VII. *Natura & Ars ; Materia & Artifex.*

Ad institutionem.

- VIII. *Excolere & expolire.*
- IX. *Scire & recta velle.*

Cujus

## MAXIMARUM.

### Cujus finis Scientia.

- X. Essentiam rerum & maturitatem nosse, iisdemque frui.
- XI. Ingenium suum natura, arteve renovare.
- XII. Paulo plus scientiae; & eo minus vitae.
- XIII. Homo solidae doctrinæ.
- XIV. Non nimis subtilem esse.

### Secundum Tempus Experientiae consecratur.

Hoc pertinet aut ad Mores.

- XV. Initio vitae de se, negotiisque suis modeste sentire.
- XVI. Imaginacionem suam mode ari.
- XVII. Non peccare, neque alios ad peccandum illucere.
- XVIII. Non esse monstrum.
- XIX. Contra imperium agrestium, obstinatorum, ventorum, & omnis generis malorum hominum semper accinctum esse.

### Notitia sui.

- XX. Vitia sibi grata nosse.
- XXI. Vicium sibi dominans nosse.

### Notitia aliorum.

- XXII. In notitia hominum non labi.
- XXIII. Aliorum sensus penetrare.
- XXIV. Uniuscujusque imbecillitatem invenire.
- XXV. Exacte nosse eorum characteres, cum quibus a-gendum.
- XXVI. Experimentum facere.
- XXVII. Exercitatio & Indoles.

### Ad Usum sive Exercitationem.

- XXVIII. Indolem, mentem, animum, affectusque nosse.
- XXIX. Nosse vires suas.

## INDEX

- XXX. *Quanto quale anteferre.*  
XXXI. *In re præclar a excellere.*  
XXXII. *Dicta, & facta hominem absolvunt.*  
XXXIII. *Scientia & fortitudo magnos invicem faciunt.*  
XXXIV. *Negotia splendidiora præferre.*  
XXXV. *Artis suæ partem certiorem excolere.*

### Aut ad conversationem Tam vulgarem.

- XXXVI. *Homines conversationi suæ eligere.*  
XXXVII. *Conversatio non affectata magnæ Virtutis opinionem homini circumdat.*  
XXXVIII. *Omnis generis hominibus se similem præbere.*  
XXXIX. *Cum omnibus potius insanire quam solus sapere.*  
XL. *Nimiam in conversatione familiaritatem fugere.*  
XLI. *In conversatione, aut amicitia non esse vitreum.*

### Quam sublimiorem.

- XLII. *Sensum rectum habere.*  
XLIII. *Homo virtutis & existimationis.*  
XLIV. *Artem conversandi tenere.*  
XLV. *Non ignorare viræ commercium quanrum sufficit.*  
XLVI. *Majoris meriti hominibus non associari.*  
XLVII. *A quibus discere, cum iisdem agere,*  
XLVIII. *Seculi sui sidera nosse.*

### Tertium Vitæ tempus officio publico tribuitur.

- XLIX. *Officiis se convenienter gerere.*  
L. *Exspectare.*  
LI. *Patriam relinquere.*  
LII. *Supra officium suum esse.*  
LIII. *Magna digerere.*  
LIV. *Nunquam magni antecessoris locum occupare.*

## M A X I M A R U M.

*LV. Hominibus, quibuscum agendum, asuescere.*

*LVI. Loci primarii excellentia.*

**Ad administrationem officii publici pertinet  
Fortuna.**

*LVII. Fortuna & Fama.*

*LVIII. Ars habendi fortunam.*

*LIX. Sidus suum nosse.*

*LX. Ante negotia fortunam, viresque ponderare.*

*LXI. In secundis se moderari.*

*LXII. In secundis se ad contraria præparare.*

**Benevolentia sive amor.**

*LXIII. Animos hominum sibi conciliare.*

*LXIV. Ab omnibus amari.*

*LXV. Donum placendi habere.*

*LXVI. Nescio quid.*

*LXVII. Favorabilia sibi, odiosa aliis servare.*

*LXVIII. Mala in alios rejicere.*

**Amor principis conservatur.**

*LXIX. Semper fieri necessarium.*

*LXX. Nunquam superare Dominum suum.*

*LXXI. Nunquam in secretorum communionem venire.*

**Honor sive existimatio.**

*LXXII. Amori Honorem jungere.*

*LXXIII. Autoritas naturalis.*

*LXXIV. Autoritas & verborum & Actionum.*

**Acquiritur.**

*LXXV. Existimationem acquirere & conservare.*

*LXXVI. Nova invenire.*

*LXXVII. Non patefacere se, neque declarare.*

# INDEX

- LXXVII. Novitate frui.  
LXXIX. Prudentis famam habere.  
LXXX. In cœtum semper laudanda secum afferre.  
LXXXI. Peccatorum approbationem habere.  
LXXXII. Maturum esse.  
LXXXIII. Noſſe partem quæ nobis deest.  
LXXXIV. Scire ostentare.  
LXXXV. Nimiis famæ præconiis non celebrari.

## Conservatur.

- LXXXVI. Bonis utri instrumentis.  
LXXXVII. Prudentiæ famulatu uti.  
LXXXVIII. Negotiis suis fidos eligere.  
LXXXIX. Sine nævis esse.  
XC. Immunem a nationis suæ vitiis esse.  
XCI. Difficulter credere, difficulter amare.  
XCII. Competitores fugere.  
XCIII. Cum inæqualibus non committi.  
XCIV. Tempori ſe accommodare.  
XCV. Vitia vel uſirata discernere.  
XCVI. Ad uſum, non vero ſtultitiam ſe communem conformatre.  
XCVII. Homo ſine affectatione.  
XCVIII. Neque affectatione, neque imprudentia nimis  
esse singularem.  
XCIX. In omnibus nolle insignem esse.  
C. Extraordinaria, & mirabilia munera non affectare.  
CI. Ceremonias non affectare.  
CII. Nihil obstinate, sed omnia circumſpecte agere.  
CIII. Obſtinationem fugere.

## Officiis Sermonis.

- CIV. Loqui & silere.  
CV. Habilitatis ſigillum tenere linguam.  
CVI. Moderationi ſpecies prudentiæ inest.

CVII. Ne-

- CVII. Negotiis sermones aptare.  
CVIII. Loqui plene.  
CIX. Bene intelligere.  
CX. Nunquam rem alio, quam par est, sensu accipere.  
CXI. Vulgariter loqui, sapienter cogitare.  
CXII. Perverse ratiocinari.  
CXIII. Non nimis intelligi.  
CXIV. Contradicendi animum non gerere.  
CXV. Contradicenti non respondere.  
CXVI. Contradicere nosse.  
CXVII. Contra vulgum argumentari.

Et Actionibus.

Quæ vel sunt efficaces.

- CXVIII. Actionibus suis valorem conciliare.  
CXIX. Exspectationem aliorum tenere.  
CXX. Attente alios ad agendum movere.  
CXXI. Diversitate se hominum metiri.  
CXXII. Vires suas non sinere exauriri.  
CXXIII. Parsimonia ad omnia utilis.  
CXXIV. Potius nunquam deficere, quam centies beneficere.

Vel decoræ.

- CXXV. Res & modus.  
CXXVI. Semper se ipsum vereri.  
CXXVII. Omnia tanquam coram testibus agere.  
CXXVIII. Moderationem adhibere.  
CXXIX. Turbaro affectu nunquam agere.  
CXXX. Res & species.  
CXXXI. Facere & videri.  
CXXXII. Rem imperfectam nunquam ostendere.  
CXXXIII. In vita inæquabilitatem & disordinem cavere.

# INDEX

- CXXXIV. Non se hominem monstrare.  
CXXXV. Non confestim ad credendum inducere.  
CXXXVI. Non ad ultimum abire.  
CXXXVII. Initio, non fine rerum, sua prudentia agere.  
CXXXVIII. Occasione servire.  
CXXXIX. Necessaria ad vitam duplicare.

## Actiones decorae sunt respectu Virtutum; Speciatim vero respectu Liberalitatis.

- CXL. Multa jucunda non tanquam propria possidere.  
CXLI. In beneficiendo parum, ac sape tribuere.  
CXLII. Affectionis prelio res vendere.  
CXLIII. Meritum gratia antevenire.  
CXLIV. Scire obligare.  
CXLV. Non obligari, neque variis generis hominibus.  
CXLVI. Cunctis satisfaciendi famam habere.  
CXLVII. Non se prodigere.  
CXLVIII. Sibi semper artis præstantissima reservare.  
CXLIX. Neque sibi, neque aliis omnia.  
CL. Neque se totum aliis, neque alios sibi integros consecrare.  
CLI. Nunquam nolenti satisfacere.

## Magnanimitatis.

- CLII. Vulgi affectibus immunem esse.  
CLIII. Sublimitati studere.  
CLIV. Ubique vulgus.  
CLV. Recedendo a vulgo paradoxa non amplecti.  
CLVI. Se ipsum non audire.  
CLVII. Nunquam de se ipso loqui.  
CLVIII. Nunquam exaggerare.  
CLIX. Non jactare fortunam.

M A X I M A R U M.

- CLX. *Æmulationem & Invidiam vincere.*  
CLXI. *Utilitatem ex inimicis capere.*  
CLXII. *Sponse delinquere.*  
CLXIII. *Non semper eundem modum tenere.*

Modestia.

- CLXIV. *Scire petere.*  
CLXV. *Scire denegare.*  
CLXVI. *Se substrahere.*

Fortitudinis.

- CLXVII. *Animosum esse.*

Mansuetudinis.

- CLXVIII. *Scire oblivisci.*  
CLXIX. *Pacificus longævus.*  
CLXX. *Non irasci.*  
CLXXI. *Iram moderari.*  
CLXXII. *Offensum gratia antevenire.*  
CLXXIII. *Lenitatem nimiam fugere.*

Veracitatis.

- CLXXIV. *Discendi solitus.*  
CLXXV. *Non mentiri, neque ramen semp̄r vera h̄cere.*  
CLXXVI. *Veri hominis gloriam habere.*  
CLXXVII. *Ludere veritate.*  
CLXXVIII. *Simulare ignorantiam.*  
CLXXIX. *Sub specie alienæ utilitatis, suam invenire.*  
CLXXX. *Contemnendo ludere.*  
CLXXXI. *Dies securitatis non habere.*  
CLXXXII. *Dissimulare.*

# INDEX

- CLXXXIII. Interdum callide, interdum candide pre-  
cedere.  
CLXXXIV. Ex secunda intentione agentes cavere.  
CLXXXV. Contentum se ipso animum non ostendere.  
CLXXXVI. Stultitiam commissam occultare.

## Humanitatis.

- CLXXXVII. Civilitatis famam querere.  
CLXXXVIII. Nemia humanitate non delectari.  
CLXXXIX. Mollia verba.  
CXC. Autoritatem suam uni congressui non exponere.  
CXCI. Aditum non denegare.  
CXCII. Non molestum esse.  
CXCIII. Non satiatos a se dimittere.  
CXCIV. Morositatem fugere.  
CXCV. Nosse aestimare.  
CXCVI. Nihil ex vulgari habere.  
CXCVII. Rem multis placentem non damnare.  
CXCVIII. Statim cuiuslibet rei bonum inuenire.  
CXCIX. Non esse ad culpandum prosum.  
CC. Maledicentiam fugere.  
CCI. Nomen maledici fugere.  
CCII. Contra calumniam muniri.

## Urbanitatis.

- CCIII. Læti animi esse.  
CCIV. Sufferre joca, non jocari.  
CCV. Non semper jocari.

## Probitatis.

- CCVI. Vir bonus.  
CCVII. Rectum esse.  
CCVIII. Diu vivere.

Justi-

## Justitiæ.

- CCIX. In odium inimici nunquam partes contrarias, ~~de-~~  
te iusve eligere.  
CCX. Bellum justum gerere.

## Virtutis Heroicæ.

- CCXI. Et pretio & Virtutibus Heroem esse.  
CCXII. Mores magnanimi.  
CCXIII. Animi sublimitas.  
CCXIV. Homo ab affectibus vacuus.  
CCXV. Naturalem in homines similitatem corrigere.  
CCXVI. Ad amorem Herorum incitari.  
CCXVII. Non tam ad imitandum, quam superandum sibi  
Heroem proponere.  
CCXVIII. Homo omnium rerum.  
CCXIX. Statui suo propriam Majestatem conservare.  
CCXX. Prudentem sibi sufficere.  
CCXXI. Inter negotia negotiosum non videri.  
CCXXII. Suos ad agendum inducere.  
CCXXIII. Sibi mederi.  
CCXXIV. Evadere.

## Calliditatis.

- CCXXV. Non esse simplicem semper.  
CCXXVI. Fanam calliditatis effugere.  
CCXXVII. Vulpina tegi, ubi leonina pelle uti non  
licer.

## Stultiæ.

- CCXXVIII. Pars una mundi alteram, utræque vero stul-  
titiam suam communem irrident.  
CCXXIX. Stultos esse, qui videntur tales, & qui non  
videntur, eorum dimidium stultis accenseri.

CCXXX.

# INDEX

- CCXXX. Stultorum consortio non intricari.  
CCXXXI. Stultos perferre.  
CCXXXII. In aliorum stultitiam non incidere.  
CCXXXIII. Non pluries nugari.  
CCXXXIV. Cæptam stultitiam non continuare.  
CCXXXV. Non mori malo stultiæ.

## Prudentiæ.

- CCXXXVI. Mente fecundam, judicium profundum,  
  & sensus rectos habere.  
CCXXXVII. Scire, aut scientes audire.  
CCXXXVIII. In memoriam revocare præstat, quam mo-  
  nere.  
CCXXXIX. Homo acris judicii.  
CCXL. Bonum, malumve non nimis scrutari.  
CCXLI. Justo res pretio metiri.  
CCXLII. Interna intueri.  
CCXLIII. Bene eligere.  
CCXLIV. In posterum prospicere.  
CCXLV. Consilium revidere.  
CCXLVI. Mens acris.  
CCXLVII. Prudentiæ considerantis securitas.  
CCXLVIII. Synthesis.  
CCXLIX. Opiniones suas moderari.  
CCL. Arripere consilium.  
CCLI. Nunquam se ad inimici consilia præterita con-  
  formare.  
CCLII. In meditatione non errare.  
CCLIII. Sanus sensus.  
CCLIV. Mediis humanis, tanquam divina non essent, &  
  divinis, tanquam humana non essent, uti.  
CCLV. Oculos in tempore aperire.  
CCLVI. Ars oportune rem aggrediendi.  
CCLVII. Res faciles, tanquam difficiles, & has tanquam  
  faciles suscipere.

CCLVIII.

## M A X I M A R U M.

CCLVIII. Modos executionis invenire.

CCLIX. Capra persequi.

CCLX. Rem bene ante executionem dirigere.

CCLXI. Intrepide agere.

CCLXII. Diligentia, & intelligentia.

### Ad bona pertinet Amicitia.

CCLXIII. Facere amicos.

CCLXIV. Amicos ratione eligere.

CCLXV. Amicos admittere.

CCLXVI. Non abuti amicorum gratia.

CCLXVII. Amicis suis scire uti.

CCLXVIII. Promittentes a præstantibus discernere.

CCLXIX. Nunquam queri.

CCLXX. Æternum neque amare, neque odiſſe.

CCLXXI. Amicitias non dissolvere.

### Mala sive fugienda.

CCLXXII. Animo præsentienti credere.

CCLXXIII. A doloribus se immunem servare.

CCLXXIV. Verba præmittere.

CCLXXV. Jactas voculas rimari, jaſtisque frui.

CCLXXVI. Non perdere fortuynati hominis gratiam infortunati miserendo.

CCLXXVII. Fortunatos ad consortium a fuga infortunatorum dignoscere.

CCLXXVIII. Dies infaustos nosſe.

CCLXXIX. Negotiorum tricas effugere.

CCLXXX. Non immisceri negotiis alienis.

CCLXXXI. Sub specie alieni, sui lucri cupidos cavere.

CCLXXXII. Non perire cum aliis.

CCLXXXIII. Comitem ferendi oneris in adversis quævere.

CCLXXXIV. Sine pignore alienæ nunquam suam existimationem oppignorari.

CCLXXXV. Malum suum occulare.

CCLXXXVI.

# INDEX MAXIMARUM.

- CCLXXXVI. Negorium, ubi non est, non credere.  
CCLXXXVII. Cursum malorum maximorum non impedire.  
CCLXXXVIII. Minima non negligere.

*Quartum Vitæ tempus otium est privatum.*  
*Sene&tutis consolatio sit Philosophia.*

- CCLXXXIX. In Cœlo res omnis, est voluptas, in inferno res omnis dolor, mundus quia in horum medio est, ab utroque aliquid participat.  
CCXC. Existimationem suam renovare.  
CCXCI. Sibi utilitatem ex aliena indigentia parare.  
CCXCII. Existimationi sue absentiam querere.  
CCXCIII. Desiderari & deplorari.  
CCXCIV. Desiderabilem fieri.  
CCXCV. Desiderii aliquid semper reliquum habere.  
CCXCVI. Solem occidentem non exspectare.  
CCXCVII. Homo intelligens; Christianus prudens; Aulicus Philosophus.  
CCXCVIII. Usu quoque consolationem suam babere.  
CCXCIX. Homo sui seculi.  
CCC. Tandem sanctum esse.

# FINIS.



— }

